

URS
S
S
A

165

165

UVA BHSF

232

153

222

22

[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

UVA.BHSC

- Capitula Pape Honorij _____
- Donatio Constantini Imper. facta Romane Ecc^e — f^o 13
- Donatio Ludouici Imperatoris facta Rom^e Ecc^e — f^o 17
- Inuestitura Regni sicilie in personam Caroli filij
Ludouici Regis francor. per Clemente. 4. — f^o 18^o
- Inuestitura eiusdem Regni in persona Regis Roberti
per Clem. v. — f^o 22
- Declaratio confinium Civitatis Beneuenti. p. Clem. 7. — f^o 41^o
- Bulla facultatis concessæ Card. Cam. ^{li. vi.} p. Eugeniū PP. 4. — f^o 43.
- Inuestitura Regni Neap. in persona Regis Alfonsi.
per eundem Eugeniū 4. — f^o 44
- Extensio huius Inuestituræ ad transuersales p. Eug. 4. — f^o 57.
- Bulla Eugeni in qua remittit Regi Alfonsi mar-
cas ^m 50 ad quas tenebatur p. Regni Inuestitura — f^o 56
- Bulla Eugeni quod Rex Alfonsus non teneatur redu-
cere exules, et rebelles, non obst. Inuestitura — f^o
- legitimatio ferdinandi filij Alfonsi ad Regni suc-
cessionem. p. Eugeniū — f^o
- Bulla Eugeni in qua ampliatur tempus prestandi
Juram^{tu} Regi Alfonsi p. bienniu — f^o
- Bulla Eugeni super arrogatione facta p. Regina
Joanna. 2. in persona Alfonsi p. succ^{ne} Regni — f^o 60
- Bulla Eugeni qua conceditur facultas Regi Alfon-
so imponendi tallias, et collectas personis ecc^{is}
et quod non teneatur admittere platos sibi
suspectos — f^o 61

- Inuestitura Regni in persona Ferdinandi per Pium^m f^o 63.
- Revocatio priuationis Caliti. iii. g^o Rege Ferdin^{um} p. — f^o 71
- Dispensatio quod Rex Ferdinandus non teneat ad
solutione legatorum Regis Alfonsi p^o bienium — f^o 71^v
- Capitulatio inter Pium 2. et Regem Ferdin^{um} — f^o 72
- Bulla Innocentij octavi in qua declaratur suc-
cessor in regno. Alfonsus Calabriae Dux post
mortem Regis Ferdin^o p. et per eius obitu
Ferd^o 2. — f^o 75.
- Bulla Alexand. 6. pro concedenda Regni poss^{ne} Regi
Alfonso 2. post obitum Ferdinandi — f^o 83.
- Inuestitura Alex^o vi. in persona Regis federici — f^o 87
- Priuatio Regis federici — f^o 99.
- Inuestitura Regni per Iuliu^m 2. in persona Regis
Catholici — f^o 111
- Remissio facta Regi Catholico de marchis^m 30. et
eius successoribz — f^o 119
- Instrumentu^m quietationis inter Regē Catholici^m
et Venetos — f^o 121
- Bulla Leonis x. confirmationis privilegioru^m con-
cessoru^m p^o Iuliu^m 2. Regi Cat^o — f^o 127
- Declaratio Bulle supra scripte — f^o
- Bulla Leonis x. in qua dispensat cum Carlo v.
ut possit in Imperatore eligi — f^o 128^v

- Bulla Leonis x. in qua inseruntur capta in ita
inter eum, et Carolū v. ————— f. 131
- Bulla Leonis x in qua fulminatur excomuni-
catio contra fran. ^{rum} francoꝝ regē pro
restitut^o paxme, et Plasentie ————— f. 137.
- Bulla Leonis x. pꝛicationis Alfonsi ferrariē
ducis ————— f. 143
- Inuestitura Regni Neapolis in personā Regis
Philippi 2. per Juliu 3. ————— f. 147
- Juram^{tu} quod prestitit Carol. v. et Joanna Mater.
Clementi vii ————— f. 153
- Bulla Clementis 7. in fauore Caroli v. circa benef.
Regnoꝝ ipsius, et alie bulle diuerse clem. ————— f. 159
- Inuestitura sardinie, et Corsice ꝑ Bonifaciu 8. in
personā Jacobi Aragonie Regis ————— f. 167
- Inuestitura Status senaz. per Philippu 2. in
personā Cosmi Ducis florentie ————— f. 172
- Bulla Pij. v. in qua concessit titulu magni
Ducis. Cosmo Duci florentie ————— f. 177
- Bulle diuerse clem

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Capitula Pape honorij

et robur perpetuo valiturum
 c. Honorius Epus servus servorum dei, Ad perpetua^{et} Rei memoria^{et}, Justitia
 et Pax, complexe sunt se, et ita inuicem se tuentur in dissolubili so-
 cietate, ac se comitatu indiuiduo, comitantes, ut vna sine altera
 plene noⁿ possit haberi, et qui ledit alterutra^m, pariter offendit vtraq^{ue}.
 Hic complexus ear^{um}, grauius impeditur In iurijs, per eas etenim
 lesa Justitia, Pax turbatur, ipsaq^{ue} turbata, facile in quor^{um}
 desordina labitur, quibus inualescentibus, Justitia inefficax
 redditur, dum debitum sortiri nequit effectum, sicq^{ue} ipsa subla-
 ta, nimirum Pax tollitur, opus eius, et ipsius fructus subducit^{ur},
 seminandus in pace, ac proinde coplexis deficientibus, neces-
 sario deficit, et coplexis, in hor^{um} vero defectu licentia laxata
 dissidijs multiplicantur bella, pericula subeunt animar^{um}
 et corpor^{um}, crimina frequentantur, nec res vastitas ^{atque veritas} preseri-
 tur, hec in presidentiu^m iniurijs processibus, et inductar^{um}
 oppressionum in subditos excessibus, patent apertius, et
 euidentius ostenduntur, in quor^{um} multiplicatione satiant^{ur}
 corda lesor^{um}, et quanta minus datur oportunitas licite pro-
 pulsandi, que Illicite inferuntur tanto rancor, Alterius
 radicatur interius, et periculosius prorumpit exterius, oportu-
 nitate concessa, fiunt, n. pleriq^{ue} hostes ex subditis, tran-
 seunt auxilia securitatis in metum, munitiones in formidi-
 nem conuertuntur, nutat regnantiu^m solia, redundant Re-
 gna periculis intestinis quatiuntur insidijs extrinsecis
 instatibus impetuntur Rudatius, et Regnantes in eis qui
 operantes Justitiam exaltationis gloria^m merentur humi-
 liati propter iniustitias frequenter opprobriu^m deiectionis
 incurrunt, In premissis, et si scripture Nos instruant, effe-
 catus tamē notis nobis docemur exemplis, quantis, n. tempore
 6^o Federici, olim Romanor^{um} Imperatoris, propter illatas regni-
 colis afflictiones illicitas, et oppressiones indebitas, in Regno
 Sicilie, noⁿ absq^{ue} inmensitate grauaminu^m inductas ab ipso,
 Regnum ipsum tempestatibus fluctuarit, quot, et quantis
 Rebellionibus concussum extiterit, quot inuasionibus
 attentatum, quantu^m per ipsum, et posteros suos, de ^{prauatum} ~~perpetuo~~

opibus: quot incolarum exilijs, et stragibus diminuti, nullū ferē
angulum orbis latet, q̄ precipiti federicus idem, et genus ipsius
ruina corruerit, probat notorius casus eius, et manifestū eorū
ex terminū posteriorū, Verum Adeo federici eiusdem vendita
continuata, et aucta posteris, ac in alios exemplari donica,
tione transfusa Processit Iniquitas q̄ per eū inuenta gra-
uamina, vsq̄ ad hec tempora durauisse, nec non, et augme-
tata dicuntur aliqua eorū dē, et adiecta Nihil alia non-
minora, propter quod nō nullorū supponit opinio q̄ Clare
me R. Regem sicilie, quem prosecutionis dictorum graua-
minum, eorūdem, federici, et posteriorū, perniciosa exempla
fecerunt, saltem permissione, participem, dum opinaretur
licita, que ab Illis Audierant, tam longinquis temporibz usur-
pata, reddiderunt, et predictorū consequentiū, ad illa discrimi-
nata non prorsus expertem, pro ut viculor, rebellio multis
onusa periculis aliorūmq̄, Ipsa nq̄ fouentiū prosecutio
manifestant, nō solum in eiusdem Regis, ac herediū suorū,
grauia, adeo exercitata discrimen, q̄ ipsis heredibus, nisi
per nos celerim occurratur p̄^{to} subductione graua minū
Instans perditionis totius dicti Regni periculū cōminat?
sed, et grande nr̄um, et Ecclesie Romane dispendiū, cū sic
p̄ ea, in sicilie Insula, et in nonnullis alijs eiusdem Regni
partibus ipsorū incolis, nec Nobis, nec Ecclesie ipsi paren-
tibus, sed adherentibus potius inimicis nr̄is, et ipsius Ecc̄ie
cuius interuersa possessio, et in ceterarū aliquibus turba-
ta frequentius, et turbetur ex qua datur patenter intelli-
gi, quantum in his, nr̄um et Ecclesie nr̄e, prefatū Inter eē
versebur, quantumcūq̄, ad nr̄um spectet officiū, et heredum
ipsorū precipue necessitas exigat, non tantū premissis
ab orbis in eodem Regno, q̄ ē ipsius Ecclesie speciale, tanq̄
ad Jus, et proprietatem eius pertinens, dictisq̄ Regi, et
heredibus, in feudum ab ipsa, concessum obuiar periculis

sed et ^{ne} similia oriatur in posteru diligentem cura, et curiosa dili-
 gentia adhibere, pre tacta grauamina eorumdem periculorum
 ve veritati concurrat expressio, manifestas occasiones, et cau-
 sas congrue, prouisionis beneficio abrogando. cu proprietatis
 dno, predium, in quo est ius, alij constitutu, pro eo, q sua iure,
 rest fueri, finesq ipsius, custodire liceat, et et cui ius debet?
 Inuito, custodie, acit nomen id habeat, q qui tenentur ad
 eam, non solum id debeat, ut si casu viderit in re custodien-
 da fieri, quid aduersu prohibeat, faciente, veru et ut curet
 dare operam, ne id fiat, multiplex, itaq nos ratio interpel-
 lat, et exigit, in huiusmodi grauaminibus, super quibus fa-
 ma publica, et variae inquisitiones perven: scem nrus. T.
 Sabinen: Epum Aptice sedis, legatu facte, de speciali mandato
 sedis ipsius, et indagines alias habite, nos informant, nos pre
 prouisionis edicto remediu adhiberi, per quod in iustis sub-
 motis oneribq, atq ijs in Regno prefato solide stabellitis.
 Iustitia Regiu tronam firmet, et pacis tranquillitate pro-
 ducat, sit nobis tranquillitatis silenciu fructus eius, et ipsa
 vinculum societatis humane, sic superiorem populo, sibi
 subiecto, domesticet, eiq ipsius populi ^{corda} commoda, consolidet, q qui
 superior, insidiaru sollicitudine absolutas, securitatis
 Jocunditate letetur, populus, pressuris indebitis liberatus,
 in pacis pulchritudine, sedeat, in requie opulenta, quiescat,
 et vnamitate ipsoru, ac mutuo sinceritatis affectu, lig-
 dem Regni status roboratus, pacifiet, nec sit profugatis
 hostibus, qui foris extorreat, acit qui pacatos incolarum
 eiusdem animos intus perturbet, ^{in iustitia} instantes quoq, premisse,
 interpellationis, non modicu adijcit, q memorati Regis
 su viueret, et dilecti filij nobiles vivi, R. sui primogeniti
 ee eo manifeste, percepimus, ad id vota concurrer, qd e
 Pere super directione, ordinatione, Reformatione, seu qua-
 cuqz alia dispositione collectarum, exactionu mimonior,

aut aliorum quorumlibet, que grauamina dicerentur, vel dici posse
tam circa Ecclesias, monasteria, et alias Ecclesiasticas perso-
nas, q̄ circa comunitates, et vniuersitates Ciuitatū, castro-
es aliorum locor, et et circa singulares personas totius Re-
gni p̄. auct cuiuslibet partis eius felici Recordationis. X.
Pape quarti. predecessoris n̄i directioni, Reformationi, di-
spositioni, et ordinationi se plene, ac liberè, alte, et bane sub-
misit, dāns, et concedens super his, plenam, et liberam potestatem,
ac promittens, quicquid per eūsem predecessorem, ipso Rege
dicto, uel primogenito, tunc eius vicario in Regno eodem
et alijs suis officialibus requisitis, vel in requisitis, actum
foret, se, ac heredes suos, ad hoc speciali obligando Inviolabi-
liter obseruari, suis, super hoc patentes Iuris, predecessori
concessis, Idem premissa quoq̄ in mortis Articulo, per alias
suas, si militer patentes lras plenius repetens, et confirmans
Eidem predecessori per eas humiliter supplicauit, ut omnia
onera fidelium Regni sui, et que grauamina dici possent, Re-
mouere, tollere, et cassare, dictumq̄ Regnum prosperè Re-
formare, omniaq̄ statuere, que ad bonum statum heredum
suor, et fidelium eorūdem expediri, videret̄, sua provisione
curaret, non obstante, si Regem ipsum tunc infirmitate
grauiter laborantem n̄ralis debiti solutione contingeret
preueniri, sunt premissa, ipsius Regis lre, que per nos, et
aliquos ex fratribus n̄is diligenter inspecte, in Archiuis
eiusdem seruantur ecclesie manifestius adstantur,
et tam Idem Rex, q̄ dictus primogenitus super tollendis
aliquibus eorūdem grauaminu constitutiones varias
edidisse dicuntur, licet, et ille plenioris executionis, ob-
seruatione indigeant, non plene, ut intelleximus hacten-
us obseruari, volentes igitur, et illis robur, et Aplice Con-
firmationis adijcere, et inferius exprimitur, et preterea,
nrūm exequi, hac comodè provisionis, adiectione propositū

infra p^{ta} omnia pro ut subiecta eorum series indicat. de fruum
 nror, consilio, et Assensu, ac potestatis plenitudine, providendo
 et gravamina illo deliberavimus incoandū q̄ maiore scanda.
 li materiam, et generalius ministrabat. Ideoq, ut omnino cesser
 in Regno eodem onerosa exactio collectarum p̄nti editali pro
 uisione, ac constitutione valitura perpetuo, prohibemus per
 Reges, qui pro tempor' fuerint, seu pro eis Dominantes in Reg.
 p^{to} vel ministros ipsorū collectas fieri, nisi tanqū et quantū
 casibus in suis permittitur v̄.

Primus ē, pro defensione ^{terra} ~~see~~ si contingat inuadi Regnū inuasionē
 notabili, siue graui, non procurata, non simulata, nō momenta
 nea, seu ~~transit~~ ^{tura} facile, sed manente, aut si contingat in
 eodem Regno notabilis Rebellio, siue grauis, similiter nō simul
 lata, non procurata, non momentanea, siue facile, transitiva
~~via~~, sed manens: /

Secundus ē Proregis personam redimenda de suis redditibus
 et collecta, si eam ab inimicis, captiuari, contingat: /

Tertius, est pro militia sua, seu fr̄s sui consanguinei, et v̄terini
 vel saltem consanguinei, siue alicuius, ex liberis suis, cū se
 vel huiusmodi fr̄m suū, vel aliquem ex eisdem liberis mi
 litari cingulo decorabit:

Quartus est pro maritanda ^{filia, vel} sorore, simili coniunctione cōiūcta
 sibi, vel aliqua ex filiabus, aut neptibus suis, seu qualibet
 alia de genere suo, ab eo, per Rectam lineā descendente, quā
 et quando, eam ipse dotabit, in p^{tis} n. casibus, pro ut qualitas
 tunc imminens casus exigerit, licebit Regi, collecta impo
 nere, ac exigere, a subiectis, dum tamen pro defensione
 inuasionē, seu rebellionē p^{tis} aut ipsius dñi Redemptione
 quinquaginta milliu' p̄ militia duodecim milliu', pro
 maritatio vero, quindecim milliu' vntiar, auri, sumam
 collecte vniuersalis totius Regni eiusdem tam vlt' faci

q̄³ citra, quantitatmq̄ no excedat, nec concurrentibus etiā aliquibus
ex predictis casibus collecta in vno, et eodem anno, nisi tantum,
modo, una imponatur: /

Sicut autem collecte quant^{ta}tem, predictas sumas, in suis casibus
limitatas excedere, ut premi^{ta} fitur, prohibemus, sic, nec permitti-
mus indistincte ad ipsas expendi, sed tunc tm̄ cum casus instan-
tis, qualitas Id exposit, et ut in p̄tis etiam casibus, possit Rex
qui pro tempore fuerit eo vitate comodo³ dius gravamina subdi-
torū, quo vberioris fuerint redditus, et obventiones ipsius
eum, a demanior, donatione volumus abstinere. Id sibi co-
sultius suadentes: /

Simili quoq̄, prohibitioni subieci mus mutationem monete, fre-
quenter, apertius providentes, q̄ curialibus Regis sicilie
liceat semel tantū in vitania, nouā facer' cudi monetam
legaletm et tenute, secundum consitum peritorū: In ta-
libus electorū, sicut, et in Regnis Illis observatur in quibq̄
est usus legalium monetarū, q̄ q̄ vsualis moneta sit, valoris
exigui, et talis q̄ in eodem valore sit apta manere toto tē-
pore vite Regis, cuius mandato, cudetur, nec propterea
vel aliqua magna moneta, quam Idem Rex, semel tm̄ vita
sua fecerit expendenda fiat collecta vel distributio, sed
ca m̄poribus, et alijs mercatoribus volentibus eam sponte
recipere tribuatur, et hoc ita precipimus, perpetuis tem-
poribus observari: /

In homicidijs clandestinis, providendo precipimus, nihil vlt^a pena
inferius amotatam, a vniuersitatibus exigenda v̄s: ut
pro Espiano, quem clandestinē, occisum inueniri contingeret
vlt^ara ceneum augustales, pro iudeo vero, vel saraceno, vlt^a
quingenta, nihil penitus exigatur, aug^{to} q̄, circa eadē
penam, Idem Rex dicitur in duxisse omnino sublato

presertim, cū memorati. Rex, et primogenitus dicantur. Idem per
 suas constitutiones, nouiter statuisse, quas, quo ad hoc decer-
 nimus inuiolabiliter obseruandas, et hoc intelligi tū in
 homicidijs, uere clandestinis, in quibus ignoratur maleficus
 nec aliquis accusator apparet. Adicientes q̄ nō nisi tū
 in locis magnis, et populosis, exigi possit quantitas sup̄ta
 in alijs uero, infra, quantitatē eamdem, pro qualitate locorū
 exactio recipere^{tū} tur: //

Eidem prouisioni adiciendo precipimus vñ, ad emendationes
 furtorum, que per singulas personas contingit fieri nulla-
 tenus compellendas: /

Nec ad mueruandū Regi, aut Curie sue, aut officialibz, vel mini-
 stris ipsorum, aut recipiendum aliquod^{cuilibet} Regie massarie
 custodiam, siue onus, seu ^{possessorem} Regalium, prouocationem
 aut gabelle, vel nauium, seu quorumcuqz vascellorū, fabrica-
 torum, curam, quemqz, cogendus inuitum, uarupationibus
 que contrarium inducebant, penitus abrogatis, maxime
 cū dicti Rex, et primogenitus, ad releuanda, nō in plene
 grauamina in premissis in ducta, constitutiones varias
 promulgasse dicantur. Concedimus autem, ut si casus e-
 mergat, in quo sit necessariū, naues, vel alia vascella
 pro utilitate publica fabricari, liceat tunc Regnantī com-
 mittere fabricationes, huiusmodi expensis Regijs, facie-
 re per personas idoneis, v3. ijs, qui huius Rei peritiam habent
 et quos, officium tale decet, et ipsis satisfiat pro susceptio-
 ne curā, p̄ de competenti mercede, et idem seruari precipi-
 mus in faciendo bis octo: /

Ad captiuorū custodia, vniuersitates vel singulares earū persone
 nullatenus compellantur, presertim cum hoc ipsum dicat^{et eundē}
 Regis cōstitutū, prouisū, quod precipimus inuiolabiliter obseruari: /

Gravamen quod in pecunia Regi vel Regali camera, seu ad loca
quecuq; alia a sportanda, vniuersitatis alicuius expensis per
autenticas personas eiusdem vniuersitatis periculo eligendas
in fevri dicti Regni vniuersitatibus dicebatur, provisione
simili prohibemus ipsis vniuersitatibus vel singularibus
personis earum, de cetero surrogari, maxime, cum dicitur, idē
quo ad vniuersitates dicti primogeniti prohibitoria consti-
tutione provisū, quam in hac parte decernimus inuolabi-
liter observari. /

Illud, quod in eodem eodem Regno dicitur usurpatum v3: quicquid
ipsius Regni ad reparanda castra, et construenda in eis
expensis proprijs, noua edificia, cogebantur, emendatione
congrua, corrigentes, providendo, precipimus, ut nihil vlt-
e expensas necessarias, ad reparationem illorū, antiquorū
castrorū, que consueuerat hactenus incolarū, sumptibus
reparari, et edificiorū, que in huiusmodi castris, fuerūt
ab antiquo, ab eis dem incolis, peti possit, et consti-^{titio} gnam
circa hoc Idem primogenitus edidisse dicitur in huiusmo-
di antiquis castris, et edificijs, solummodo intelligenda
seruetur antiqua vero castra intelligi decernimus
in hoc capu, quorū ^{multis} constitutio ^{quinquaginta} annorū, Et iam tempus
excessit. /

Circa personas accusatas, que in eodem Regno iniuste capi
dicebantur si etiam idoneos fidei iutores offerrent, v3.
dictus Rex, aliquid statuisse dicitur, ad gravamen
huiusmodi temperandum. Nos tñ, ut nulla super hoc
querela supervit, Providendo precipimus, iura ciuilia
observanda, et eadem observari iubemus, circa desti-
tutionem possessor, Comitum, Baronū, et quorūlibet
aliorū, qui per Regalem curiam, et officiales ipsorū, ac alios

alienigenas, feudatenentes in Regno suis possessionibus, scilicet cum curia, officiales, vel alienigene p^o se Jus habere pretendebant in illis spoliari seu destitui dicebantur, et de possessionibz eijci possessores, nullo Juris ordine servato, nec n^o, et cum alijs dicitur invenisse thesauru, et Et. cum quis, apud eade pro alio fideiussit, itaqz nec aliquis sue destituat^r possessionis comodo, vel spoliatur, aut destituat^r eodem, nec quo ad illu, qui defertur, aut convincitur de inventione thesauri nec quo ad fideiussores curie dabo, atqz eadem Jura statuunt procedatur: /

Regibus futuris, qui pro tempore erunt in Regno p^o et memora- tis incolis, qui de inordinata passuū eiusdem Regni custo- dia, querebantur se imoderate gravari, si militer provi- dentes eisdem custodire moderamen competens adhibemz vsqz tempore in reparato, seu iminentē turbatione contra ipsum Regem, aut dictum Regna, Rex possit facere pat- sus eisdem, ad evitandum pericula, custodiri: Tempore vero pacifico incolis Regni, habitantibus in eodem, ac alijs, non suspectis, liber sit ex eo exitus, et ingressus in illud, ita tamen, qz equi ad arma, nullo tempore sine Regis licentia extrahantur ex inde advendendū: /

Vidualia vero quolibet de suis possessionibus, vel massarijs seu oves, boues, et alia animalia humano competentia usui, de gregijs proprijs, armentis, vel redditibz habita eē Regna, dūm tū ad inimicos, eorūdem Regis, aut Regni vnus quisque libere mittat, etiam advendendū nisi be- vilitas, aut p^o turbationis, iusta, acce verisimilis suspi- catio suasserit circa missionem huiusmodi per Regē eius temporis, aliud ordinandum, si vero p^o vidualia vel

animalia, ex negociationis comertio habeantur, et fertilitatis
tempore, absq; Regnantis licentia, ex Regnum mittere, vel
ex ipso exhere, no' liceat, sic habenti, in omnibus pmissis
missionis, vel exditionis casibus, Jure quocūq; Regi com-
petenti, per omnia semper salvo in fra Regni, etiā per
+ mare. liceat cuilibet: // +

Item statuimus super eo, q; regnicole conqueiebantur, q; eis
grauatis, pro releuationis, obtinendo remedio ad Regē
additus, non patebat, ut per Regē, Patr. provideat, q; que,
rele subditorū, ad eam valeant libere peruenire, item
prohibemus, ne quisq; pro animalis siluestri, et defensam
vel limites defense inuento sine authentica in veritatis
impulsione, arte, vel fraude, aliquatenus puniatur, et
si illud capiat, vel occidat: //

Nullus comes, Baro, vel alius in Regno p^{to}, compellat^r ad redas
vel alia quecūq; vascella proprijs sumptibus faciendā, per
hoc autem Juri Regio, in lignaminib; vel mormoreis, vel a,
seruitio vascelloz, que, a quibusdam vniuersitatibus
et locis alijs, siue personis singularibus dicti Regni
deberi dicuntur, Holung in aliquo derogari: ~

Si contingerit aliquem baronem mori filio, vel filia supersti-
tibus, etatis, que debet cura balij, gubernari, providendo
precipimus, q; Rex alicui de consanguineis eius balium
concedat ipsius, et quo ad hoc inter consanguineos pro-
ximior si fuerit idoneus, preferatur: /

Si aliquem feudū a Rege, tenentem in capite, vel ex subfeu-
datoriū, nullo herede legitimo per lineā discendentū, relicto

sed fr̄e, aut eius liberis superstitibus, mori contingat, si descendens
 feudum, ab aliquo ex parentibus, sibi, vel fr̄i cōibg, peruenerat
 ad defunctum. Idem fr̄, aut ex liberis suis usq; ad trinepotē
 ille, qui tempore mortis supererit defuncto proximior in feudo
 succedat habiturus illud, cum onere seruitij consueti. 77

Ad successionem feudi, omnibus personis, feudatario, aut subfeudata-
 rio defuncto simili gradu coniunctis, eodem ordine admittendis
 in successione vero premissa inter feudatarios, et subfeuda-
 tarios viuentes in Regno eodem iure francorū, sexus, et pri-
 mo geniture prerogatiua seruetur, ut inter duos eodem gra-
 du, feudatario coniunctos, femina, masculus, minore maior
 natu precedat, siue sint masculi, siue femine concurrerēt
 nisi forsan duabus concurrētib; esset primogenita ma-
 ritata, et minor remanserat in capillo, tunc n. minor
 que in capillo remanserat primogenite maritate, in suc-
 cessione huiusmodi preferatur, sed si nulla remanentē
 in capillo, due vel plures fuerint maritate maiori natu
 jus primogeniture seruetur, ut als in dicta successione
 procedat, si vero feudum, de quo agitur, nō ab aliquo
 parentum processerat, sed inceperat, a defuncto, tunc
 solum defuncto frater, in eo succedat, nisi lex cōcesserit
 in premissis, aliud induxisset, et hoc ista de cetero
 precipimus obseruari, qualibet contraria consuetudine
 vel constitutione cessante. /

Prouidendo precipimus, ut si quando in Regno p̄. contra aucten-
 ticam personam, fuerit inquisitio faciēda, nisi ea p̄nte
 vel se, per contumaciā absentē, non fiat, si vero presens
 fuerit, exhibeantur sibi capta, super quibus fuerit inqui-
 rendum, ut sit ei defensionis copia, et facultas simili
 prouisione. Precipimus, ut prognalibus inquisitionibus

nihil, vel sub compositionis colore, vel etiam ab vniuersitatibus
exigatur, sed si procedendum fuerit, iuste procedatur et in
eis, presertim cum dñs. Rex. Id statuisse dicatur: //

Huic precepto adijcimus, ut si quando inter fiscum et priuatum
causam moueri contingerit, non solum in examinando
iura partium, sed etiam ad diffinitiuam sententiam iuste fere
dam, siue pro priuato, siue ^{pro} fisco, ~~homo~~ ^{ne non} ad ipsius exeq^{ne}
nulla in hoc difficultate ingerenda per fiscum effica
citer procedatur, itaq; in p^o examine, nec in prolatione
vel executione sententie, iniustam ^{meram} ~~uero~~, vel aliam
iniuriam patiatur, per fisci potentiam iustitia priuatoz: //

Omnes ecclesiastice, singularesq; persone Regni sicilie libere
suis salinis utantur, et presentis prouis ionis oraculo pro
hibemus ne illis, per Regem, officiales, aut quoscuq;
ministros ipsius usus, aut exercitiu interdicatorum
~~rum~~, ne de quibusq; prohibeatur sal de salinis ipsis pro
ueniens, emere, ab eis dem: //

Prouidendo districte inhibemus, forestas, per Regem, aut ma
gnates sue curie, vel officiales, seu quoscuq; ministros
in terris fieri priuatoru, vel aliquar^{aliam} forestar, occasione
per Regiam curiam, magros, vel custodes forestar, ipsar,
aliquem inculturam terrar, suar, seu etiam perceptione
fructuum impediri, siue ipsis damnu aliquod propter hoc
vel iniuriam inogari, factas vero forestas huiusmodi om
nino precipimus ammoueri: //

Abusiones castellanor, per quas homines dicti Regni, ad portandu
paleas, ligna, et res alias, etiam sine p^o coegebantur inuiti
et que ydem castellani, de rebus, que per casales seu castra
eadem

eadem portabantur in pedagia exigebant, presentis provisio-
nis beneficio prohibemus.

Cuiusdem provisionis edicto precipimus, ut pro lris Regijs. et
sigillo, nihil ult^a ipsius Regni antiqua consuetudine exi-
gatur v3:

Pro lris Justitie nihil omnino.

Pro lris vero gratie, in qua non. e. feudi vel Fre concessio, ni-
hil ultra quor tr. auri ab impetrante, solvatur, nulla in pms.
sis, distinctione habita inter clasas lras, et apertas.

Pro lris autē super concessione feudi, vel terre confectis.
hec non, et privilegij alijs, pro concessione seu privile-
gij qualitate, et benivolentia concedentis cur. satisfiat
faciat, dum tamen summa x vntiarum pro quolibet
feudo integro, concessio, satisfactio, non excedat, sed nec,
preterea, sigilli regij Justitie, siue gratie lris in aliq^o
casuum predictorum impressi, vel apporiti fossan. Im-
petrans, ultra q³ primitur, solvere compellatur.

Animalia, deputata molendinis, que centimula vulgariter nu-
cupantur per Regalem curiam vel officiales, aut ministros
ipsius curie, sequentes stipendiarios, vel quoscūq³ alios, nul-
lo modo, ad aliquod eorū ministeriū dñis capiuntur inur-
tis, nec alia, etiā ^{nisi pro} ~~est~~ competenti pretio, de quo consuetū
fuerit inter partes, a. volentibus conducantur, et hoc
ita precipimus observari, maxime, cū idem Rex sta-
tuisse dicatur q³ Justitiarij, seu officiales eorū, ac sti-
pendiarij, nō capiunt animalia deputata ad centimu-
los, sed cū ē. necesse inveniatur alia Animalia ha-
bilia, ad ducendū, et lucrū conveniens tribuatur, et
qui contrafecerit, restituetis animalibus, cū toto damno
eorū dñis, pene nomine, et pro qualibet vice, et pro quo-
libet animalis solvant curie, vntiam auri vna impre-
missā quoq³ constitutionē dicti Regis, similiter
precipimus observari.

De Creatione officialium presertim extraneorum qui propter
Ignorantiam status Regni, et favorem qui eis a Regi-
li curia prestabatur sub ^{le} ^{et} ^{imponit} ^{gravia} gravabant
consulee, subieciimus, q. Rex creare studeat officiales
Idoneos, qui iniuste non grauent subiectos. /

dupp. tu
Super eo, q. regnicole conquerebantur v. q. eis gravatis
pro Relevationis obtinendo remedio, ad Regem aditu
nd patebat, sub ^{magis} ^{quibus} ^{provideri} ^{q. querele} ^{sub} ^{ditorum} ad eum valeant libere peruenire. /

dupp. tu
Prohibemus ne quis q. pro animalibus siluestribus de defensia
vel limites defense inuento sine aliqua inuentione
impulsione arte, vel fraude aliquatenus puniatur
etiam si illud rapiat, vel occidat. /

Nullus subfeudatarius de feudo, quod sub aliquo feuda-
tario Regis tenet, compellatur ipsi Regi seruire, sed
si aliquod aliud feudum ab ipso Rege tenet in capite
pro eo sibi seruiat, et tenetur. /

Vasalli baronum, per curiam, vel officiales ipsius ad aliqua
privata officia, non cogantur, etsi ea voluntarij su-
beunt. Ratione delicti, ex eius officij, receptione
vel gestione, contracti, vel delicti forsan in eo, com-
missi baronibus eorum in bonis vasalloz ipsorum
vel alijs preiudicium nullus fiat aliquo modo. /

In terris ecclesiarum, comitum, vel baronum Regni p. magros
juratos, p. de cetero prohibemus et positos exinde
de cetero precipimus amoueri. /

Ad coiuuantias novas vasalli baronum, vel aliorum, ne non
compellatur inuitis, sed nec voluntarij admittant. si sint

ascriptione simili sue fortune, vel ratione persone, non tamen re,
personalibus seruitijs obligati si vero ratione re, tunc
modo, huiusmodi seruitijs, teneantur, et ad easdem coniu-
rias transire voluerint Res ipsas, dñis ipsis sine contra-
dictione dimittant: /

Barones, vel alij extra Regnū, nec serui personaliter, nec ado-
hamenta prestare cogantur, in casibus vero, in quibus intra
Regnū serui, vel ad hamenta prestare tenentur, serui-
tia exhibeant, et ad hamenta prestent, antiquitus consue-
to v3: ut vel tribus mensibz, personatim seruiant, cū nume-
ro militum debitorū, vel pro singulis militibus, ad quos
tenentur pro quolibet trium mensium p^{to} tres uncias
et dimidiam auri soluant, et hoc ita de cetero in con-
cursu, de nro precepto, seruentur: //

Si contingat, sub feudatariū aliquod crimen comittere
propter quod, publicanda eorum bona fuerint, aut ipm
sine legitimis heredibus fati, munus implere, si feudum
eius fuerit quaternatū, nihil si immediatus dñs, illud ad
onere seruitij consueti persone, concedat. Idonee, Regi
post modū petāde, ut eius, super hoc habeatur Assen-
sus, si vero quaternatū nō fuerit, sic ad eūdem, media-
tē dominum, Reuertatur, ut ipsum huiusmodi perso-
ne pro sua voluntate concedat, Nec eā Regi, petere
aut eius super hoc requirere teneatur Assensū, ijs.
Itaqz deinceps de nro precepto, seruandis, constitutioe
vel consuetudine, contraria, non obstante: //

Ceterū, ut contra pericula que sicut preactū ē, propter
grauamina illata subditis excitata credunt, ne quod
absit, recidant in tanto periculo suis recidū, quanto

Recidenti solet esse deterius, quam cadenti, eo magis sit Regna-
tibus in Regno p^{to} securius, quo minus erit libera eadem gra-
uamina irrogandi facultas, provisioni premisse subiungi-
mus, ad perpetuū sui roboris fulcimentū, q̄ si venturus
fuerit in aliquo contractu, eo licitum sit vniuersitati-
bus, et grauato cui libet libere, ad Ap^{to}licam sedem habere
pro sua querela exponenda, et obtinenda Illati grauami-
nis emendatione, recursu adicientes inter illa, in quibz
contra provisionem eandem fieri, contingeret congrua
distinctione, decretū v3, ut si ea fuerint, que per ipsam
prohibitionem, siue prohibitionem, vel perceptionem sunt
provisa, et spectati factū Regnantis respiciunt, Nec
solent absq; ipsius auctoritate presumi, ut ē colle-
ctarum impositio, monete mutatio, matrimoniorum
prohibitio, vel impedimentū aliud eoz de nisi Rex
eius temporis, illa infra x. dies reuocauerit per se ipsū
eo ipso Cappella sua ecclesiastico sit subposita inter-
dicto, duratura solum quousq; grauamen fuerit Reuo-
catū. In reliquis vero prohibitorijs, et preceptorijs, et
spectati, si vniuersitas singularisue persona grauata
volens propterea Recurrat ad sedem eandē per offi-
ciales Regios, seu per quoscūq; ministros, vel quoslibet
alios, fuerit Impedita, vel ipse, aut alius pro eis exinde
damnū passi, nisi satisfactione lesis prebita Impedi-
mentum, infra mensem, post q̄ ipse Rex sciuerit, Reuo-
cetur, et tunc sit cappella eadem simili, interdita
in quolibet acūe casuū premissoru si Regnans inter-
dictum huiusmodi per duos menses subtinuerit ani-
mo contumaci, ab inde loca omnia, que ipsa v^o rem
vel filios suos, declinare, contingeret, donec ibi p̄tes
fuerint, simili subiaceant interdico, et si deinde

per sex menses interdicta huiusmodi sustinuerit animo indurato
 ex inde sit sententia excois immodatus, quam si per alios sex me-
 ses contumacia obstinata sustineat ex tunc subditi ad
 mandatu sedis eiusdem, ipsis propterea faciendu, in nul-
 lo sibi obediant qz dū in huiusmodi obstinatione persi-
 stet, ad maiorem quoqz provisionis huiusmodi firmita-
 tem eidem specialit̄ illud adijcimus, qz quilibet Rex
 sicilie quando Juramentū fidelitatis, et homagij presta-
 bit summo Pontifici, sollempniter eidem et Ecclesie
 Romane pro se, ac suis heredibus in Regno sibi succes-
 soribus, eodem promittere teneantur, qz provisionem
 p̄ntem in omnibus et per omnia quantum in eis erit
 observabunt inviolabili, et facient ab alijs observari
 nec contra, eam, vel aliquam partē ipsius per se vel
 alium, quoquomodo aliqua adtentabunt, Et sup hoc
 tam ipse, qz quilibet eorundem successorū, des ipsi Ponti-
 fici, et Ecclesie suas patentes lras sigilli sui pendentis
 munimine roboratas, licet aūt in premissis provisioni-
 bus, verba gravamina certa, respiciant, de quibus
 ad Nos querela pervenit. Reges In qui continuanda
 temporum, et successionū perpetuitate regnabunt
 in Regno p̄to non propterea extiment gravandi alias
 subditos arbitrium sibi fore concessum, sed sciant po-
 tius se debere ipsos in bono statu tenere, ab omnibus
 illicitis exactionibus, et indebitis eorū oneribus, per
 se, ac alios abstinendo. Sane siquidem in eadem pro-
 visione, vel aliquo eius articulo, non tam subtilē
 qz rationabilem dubitationem oriri contingat Inter-
 petitionem dubij huiusmodi, nobis, qz qz, etiā de iure
 competat. Reservamus expresse, decernimus quoque
 ut nulli, omnino hominum, liceat hanc paginā nre pro-
 visionis, constitutionis, Inhibitionis, precepti, declarationis

abolitionis, et abrogationis infringere, uel ei ausu temerario
contraire, si quis autem, hoc attentat presumerit in-
dignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et
Pauli apostolorum eius se noverit incursurum, Datus
Fibonie per manum magistri Petri de Mediolano, s. A.
Ecc^e vice cancellarij xv. kal. octobris, ind: xij. Incar-
nationis dominice. Anno M. cc. lxxxv. Pont. vero
dⁿⁱ Innocentij pp. quarti Anno primo: /

Honorij

Capta Papae honorij.

Honorius Epus servus servorum dei. Ad perpetua' Rei memo-
riam, dilectus filius nobilis vir. c. clare mem. c. Regis
sicilie primogenitus. tunc Princeps salernitanus eius de
Regis in Regno sicilie vic. gnatis. tanq; vir. Catholici.
eius de genere ortus epianissimo devotum ad deum
et ipsius Ecclesiam mentem gerens, eiusdem genitoris
vestigia imitatus pro bono statu Ecclesiarum Regni p^{ti}
et ad conservationem futuram earumdem p^{ter}ce-
tera. licet. sub alio forsitan verborum sermone. dicitur
statuisse. et mandasse inviolabiliter observari. q^d de-
cime. que debebantur Ecclesijs et personis ecclesiasti-
cis. Regni eiusdem Catholicorum Regum sicilie. tem-
poribus. et debentur. et recipi ab Ecclesijs. conveniunt
eisdem ipsi Ecclesijs. sine difficultate obstaculo. ac mo-
re dispendio persolvantur. s. que debentur in pecu-
nia in festo Pentecostes. et alia que debentur in fru-
mento. et alijs victualibus. vino. oleo. et fructibus alijs
illis temporibus. quibus percipiuntur. et si alia sint
que certis diebus persolvi. conveniunt. die debito
persolvantur. et ne de hoc Ecclesie. vel persone ecc^{le}
necesse habeant singulis annis. curie s^{ra}s Impetral
statuit. q^d sub pena dupli eius. q^d pro decimis. vel alijs
juribus personis. vel ecc^{le}s. quibus. secundum ordinatio-
nem p^{re}missam. solutum non fuerit. debetur secreti-
magⁿⁱ. procures. ac magⁿⁱ salis. baculi. vel alijs officia-
les. qui eas debent persolvere. tam p^{re}ses q^d futuri. te-
neantur eas integritate solvere. secundum quod su-
perius est distinctus. nullo iudicis mandato alio ex-
spectato. /

Item q^d Comites. Barones. et Ceteri. qui tenentur ad decimas

et Jura alia Ecclesijs. vel personis ecclesiasticis. pro bonis
que tenent. ea teneantur solvere suis temporibus quibus
hactenus extitit consuetum. adiciens. quo ad hec. au-
thoritate sui statuti super hec. et ad requiritionem
personarum. quibus debentur per Justitianos Provin-
cie. compellantur. quodq; solvantur ab iudicibus quibuscuq;
per quos bona pupillor. Terras. et feuda tenentia pro-
curantur. siue baliatus curia teneat siue alij sine
commissi. siue baliatus siue feuda aliquor. occasione deli-
ctorum. vel quacumq; alia causa per curia teneantur. //

Item q; Clerici. nisi pro bonis feudaliibus. pro ut continetur in
conventionibus inter dictum Regem. et Romanam
Ecclesia habitis. ad iudicia secularia non trahantur. //

Item q; Ecclesie in toto Regno p. gaudeant privilegio. eis p. comu-
nicia Jura. indulget. s. q; Rei. qui ad ecclesias. confugiunt
ab inde. non debentur inuiti. nisi a. capitibus. a Jure per-
missis. //

Item q; domus prelatorum. religiosorum. et aliar. ecc. perso-
narum. sine voluntate ipsorum. causa hospitandi. ab
officialibus. vel alijs personis. eis inuitis. nullatenus ca-
pianantur. Et si de voluntate ipsor. prelator. religiosor.
vel aliarum personar. ecclesiasticar. recepti sunt
vel fuerint ibi criminalia iudicia. exercet aliqua-
tenus. non possint. nec lectos. vel res eor. contra vo-
luntate eor. accipiant. et si secus factu fuerit post
emendationes. et restitutionem damni. si Comes
fuerit. vel baro. qui contra fecerit. teneat. ad pe-
nam unciar. duodecim auri. si simplex miles ad
sex. si burgensis. ad penam unciarum trium. //

Item q̄ officiales. Comites. Barones. vel alie quecuq̄ persone laycales. nō
 intromittant se de electionibus prelatorum. vel collationibus
 prebendarū seu quorūlibet ecclesiasticorū beneficiorū. directe
 nec de alijs ad spiritualia pertinentibz. nisi quantum ratio.
 ne Juris patronatus. aliquibus competit. vel privilegio est
 concessum. nec propter prelatos. capta ecclesiarū. seu con-
 ventus priorū. Locorū ipsorū. consanguinei. vel vaxalliguo-
 modi libet molestentur: //

Item q̄ Clerici. qui clericaliter vivunt. in collectis. et taxatio-
 nibus alijs. quibuscuq̄. nec pro bonis ecc^{is}. nec pro patrimo-
 nialibus. pro portionibus. eos legime contingenti bus cum
 alijs teneantur: /

Item q̄ Res. et possessiones. que non sunt in aliquo curie. vel
 alijs obligate. dari. donari possunt. et obligari. licet. ea
 obligatione teneantur per quam. datio. donatio. vel
 legatio de jure impediri non possit. hoc casu res. et posses-
 siones huius modi p̄^{ter} titulis. cū onere suo ad ecclesias
 transferantur: //

Item q̄ vaxallis ecclesiarū. qui ea. que habent ab ecclesijs. et
 sunt eisdem ecclesijs. ad servitia personalia obligati
 officia per curia. comites. et barones. vel alios sive iporū
 prelatorū licentia. nullatenus comittantur: /

Item q̄ privilegia. et jura concessa ecc^{is}. et personis ecc^{is}
 a. catholicis. et antiquis Regibus sicilie. in quorum
 possessione sunt serventur. Illa. de illis vero. in quorū
 possessione. non sunt. fiat eis. sine difficultate. Justi-
 tia in curia competenti: //

Item q̄ officiales. et commissarij curie. possessiones. et res. que

ab Ecclesijs possidentur, non auferant, nec in ipsis, easdem ecc^{las}
contra iustitiam perturbare presumant: //

Item q^o officiales, seu seculares persone, se nullatenus intromi-
tant, ad cognoscendum de aliquo crimine ecc^o, nec impe-
diant prelatos, aut ipsorum officiales, quin de huiusmodi
crimine libere cognoscant, et puniant, ut e^o Juris, et ra-
tionis: //

Item q^o Justitiarij, vel alij officiales, vaxallos ecclesiarum
coram se, vel ad ipsorum iudicia in civilibus, trahere, nō pre-
sumant: /

Item q^o prelati ecclesiarum, ecc^o persone, ac officiales ipsorum
vaxallos earum debitores suos possint, pro ut eis, cōpetit
compellere ad satisfaciendum, sibi de debitis, et iuri-
bus eorundem, contradictione aliqua, illegitima non
obstante: //

Item licet Idem Princeps statuerit, aliqua de vaxallis
ecclesiarum eis, ad personalia seruitia obligatis, si
forsan, a Terris, in quibus morari debent, auferantur
per prelatos, et personas ecc^{as} Reuocandis: Nos tamē
dicimus distinguendū, ut si ratione persone ad hu-
iusmodi seruitia teneantur, possint, si recesserit
legitime Reuocari, si vero tenentur res, tantum
ratione et recedere voluerint, res ipsa ecclesij
et personis eius, dem omnino dimittere adpellantur: /

Item q^o Iudeis, qui sunt ecclesiarum vaxalli, nulla comita-
tur officia, nec eis, alię oppressiones, vel grauamina
inferantur. Nos Hamq^{ue} cum fratrib^{us} n^{ost}ris deliberatē

premissa in fauorem Ecclesiarum Dei, et ministrorum
 ipsius. Accedenter inducta, de ipsorum fructu consilio
 et Assensu, ac plenitudine potestatis, ea firmitatis
 perpetue robur statuimus obtinere, ipsaq; prece-
 ptimus perpetuis temporibus, inuiolabiliter obserua-
 ri.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominū liceat hanc pa-
 gina nostre constitutionis atq; precepti infringere
 vel ei, casu temerario contraire, si quis autem hoc
 ademptare presumpserit indignationem omni-
 potentis dei, et beatorū Petri, et Pauli Ap̄torū eius
 se noverit incursurum. Dat. vrb̄.

Finunt capta Pape Honorij. Amen.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Penor.

In nomine sancte, et indiuidue Trinitatis. Patris, et filij, et spiritus sancti
Imperator Cesar flauius, constantinus, fidelis, mansuetus maximus,
beneficus, gotticus, sicrusmaticus, germanicus, britanicus, uniuersus
pius, felix, victor, ac triumphator, semper Augustus, in xpo Ihu. Inno
ex eodem, sancte Trinitatis saluator, dno deo nostro, sanctissimo
ac beatissimo Patri, patru, siluestro urbis Rome, Episcopo, et
Pape, atq; omnibus eius successoribus in sede beati Petri usq; in
finem seculi Pontificibus: Nec non omnibus seruis et deo ama
bilibus, catholicis Episcopis, eiusdem sancte Romane Ecclesie,
Per hanc Imperialem nram, constitutione subiectis in uniuerso or
be Terraru nunc, et in posteris temporibus, constitutis, gra. Pax,
charitas, gaudium, longaminitas, misericordia, a deo Patre om
nipotente, et a Iesu christo filio eius, et spu sancto, cu omnibus
nobis, Postq; docente beato Siluestro Trina mei mersione uerbi
salutis purificatu, et ab omni lepre squalore, mundatu benefi
cijs, beati Petri, et Pauli Apostolorum cognoui utile iudicauimus
vna cum omnibus, satrapis, et uniuerso Senatu, optimatibus et, et
cuncto populo Romane Ecc^{le} Imperij, subiacente, ut sicut in Ter
ris Vicarius filij dei esse videtur, constitutus ita et Pontifex
qui ipsius Principis Apostoloru vices gerunt Principatus, et
potestate amplius, que terrena Imperialis nra serenitas, et
mansuetudo habere videtur, concessa, a. Nobis nroq; Imperio
obtineant: Eligentes nobis ipsum Principem Apostolor, vel
eius Vicarios firmos apud deum esse patronos, et sicut nra
est Imperialis terrena potentia eius, sancta Roman Ecc^{le}ias
veneranter honorare decreuimq; et amplius, q; nrum Imperium
et Terrenu, sedem sacratissimam beati Petri, gloriose exal
tare tribuentes, ei potestate, et glorie, dignitate, atq; Vigorem
et honorificentia Imperialem, atq; decernentes, sancimq; ut Prin
cipatum teneat, tam super quor precipuas sedes sc. Antiochenam
Alexandrinam, Constantinopolitanam, et hierosolimitanam, q; etiam
super omnes in Orbe Terrar, Ecclesias dei, et Pontifex, qui pro
tempore ipsius sacrosante Romane Ecclesie extiterit Celsior
et Princeps cunctis sacerdotibus Mundi existat, et eius iudicio

queq; ad Cultum Dei, uel christianorum nobilitate, procuranda fecerit
disponantur. Iustum quippe e. ut ibi lex sancta caput teneat Pri-
cipatus ubi sanctorum legum institutor saluator nri beatum
Petrum Apostolatus obtinere precepit Cathedra, ubi et Crucis
patibulum sustinens beate mortis poculum sumpsit, suiq; ma-
gistri, et deinde summitator apparuit, et ubi gentes pro epi no-
mine confessione colla flectebant. ubi et beatus Paulus aposto-
lus, pro xpo extensus collo martirio, coronatus e. illi usq; in
fine querat doctorem, ubi sanctus doctoris corpus quiescit, et
ibi proni humilitatis celestis Regis Dei saluatoris nri Iesu
xpi, famulentur officio, ubi superbi Terreni Regis seruebant
Imperio. Interea noscitur volumus omnem Populum vniuersa-
rum gentium, ac Nationum per totum orbem Terrarum nos construx-
isse intra Palatium nrum lateranense, Eadem saluatori nostro
dno deo Iesu xpo, Ecclesia, a fundamentis cum baptisterio, et duo-
decimo hos sciat de eius fundamentis, secundum numerum
duodecim Apostolorum cofinos hie onustos proprijs apportasse
humeris, quaq; sacrosancta Ecclesia in caput, et vertice
montium ecclesiarum, in vniuerso, orbe Terrarum, coli, dici, vene-
rari, et predicari sancimus, sicut per Alma Imperialia decre-
ta nra statuimus. Construimus etiam Ecclesias beatorum
Petri, et Pauli apostolorum, quas argento, et auro locupleta-
uimus ubi sacratissima eorum corpora, cum magno honore
et thecas ipsorum ex electo cui nulla preualent clemetorum
construimus, et crucem ex auro purissimo, et gemis preciosis
per singulas eorum rochas posuimus, et clavis aureis texui-
mus, quibus pro continuatione luminariorum possessiones con-
tulimus, et rebus diuersis, eas decorauimus, et per nras Im-
perialium Iussionum sacras lras, tam in oriente, qm in occide-
te, et septentrionali plaga, et meridiana vsq; In Iudea, Asia,
Grecia, Africa, Italia, et in diuersis insulis, nram largitate
concessimus, ea prorsus ratione, ut per manus Beatissimi
Patris nri siluestri pont. successorumq; eius omnia disponat.

Gaudeat una vobiscū omnis populus, et geniū Nationes in uniuersa
 so orbe terrarum, exhortantes omnes, ut deo nro et saluatori
 xpo. Inmensas una nobiscū grās Referatis, qm̄ ipse deus in celis
 desuper, et in terra deorsū, qui nos per suos sanctos visitans
 apostolos, sanctū Baptismatis sacramētū perciperet, et corporis
 sanitatem dignos efficit, pro quo concedimus ipsis sanctis Apo-
 stolis, dn̄is meis, beatissimo Petro, et Paulo, et per eos, et beato Sil-
 uastro Patri nro sumo Pont: et vniuersali vrbis Rome, Pape, et
 omnibus eius successoribus Pont. qui usq; in finē Mundi in sede
 beati Petri essent seduri. Atq; de p̄nti, concedimus Palatiū Im-
 perij nri Sacranense q; omnibus in toto orbe terrarū prefertur
 atq; precellit, palatijs deinde diademā v3. Coronā Capitis nri
 simulq; frigiū v3. Nec nō, et super humerale, v3. lorū quod Impe-
 riale, circumdare anulet collū veruentiā, et clamidem purpu-
 reā, atq; tunicam coccineā, et omnia Imperialia Indumenta, seu
 et dignitatem imperialiū Presidentiū equitum. Conferentes
 etiam Imperialia sceptrā, et compta, atq; signa balthei, et di-
 uersa ornamenta Imperialia, et omnem processionē Imperia-
 lis Culminis, et gloriose potestatis nre, Viris et Reuerendissi-
 mis, clericis, et diuersis ordinibus Eadem Romane Ecclesie
 seruientibus, Illud Culmen, singularitate, potentia, et precellē-
 tiam habere, sancimus, cuius amplissimus nos Rex Senatus
 videtur gloria adornari, et patricios, atq; Conules effici: Nec
 non omnibus dignitatibus Imperialibus eos promulgantes de-
 corari, et sicut Imperialibus exat decorata decorata mi-
 litia, Ita Clerum sancte Rom. Ecclesie, adornari decreuimus
 et quemadmodū Imperialis potentia diuersis officijs cubi-
 latorū nempe, et ostiariorū, atq; omniū excubiar, alias
 concubitor, ornatur pulchritudinibus, ita, et sanctam Romanā
 Ecclesiam decorari uolumus, et ut amplissime, alias amplissi-
 mū decus Pontificale Prefulgeat decernimus, et hoc ut Cle-
 rici eiusdem sancte Romane, mapulis, et liteaminibus, et
 candidissimo colore decoratos equos equitent, et sicut nos Rex

Senatus Calcia mentis utitur cum u. d. u. b. u. s. et candido lineamine
Illustrari, alias Illustratur, et ita Celestia sicut Terrestria ad
Laudem dei decorentur. Preterea omnibus autem licentia tri-
buentes ipso sanctissimo Presuli p. r. i. siluestro Urbis Rome, C. o. p. i.
scopo, et Pape, et omnibus qui post eum in successu per petuis
temporibus aduenerint Beatissimis Pontificibus pro gloria
et honore d. n. i. d. e. i. n. r. i. et in eandem magna, et catholicam
Ecclesia, et apostolica ex n. r. o. in clero, alias in dicto, u. e. q. u. e.
placatus alias prelati proprio clero, clericare voluerit
et in religiosorum clericorum numero, connumerare, nullus ex
omnibus presumat superbe agere, decernimus itaq, et hoc ut
Idem venerabilis p. r. i. n. i. silvester, summus Pontifex, et succe-
sores eiusdem Pontifices, diademate, u. s. corona, qua ex capi-
te n. r. o. Illi concessimus ex auro purissimo, et gemmis preciosis
uti debeant, et eor, capiti, ad laudem dei pro honore beati Pe-
tri gestare: ipse uero beatissimus, P. P. super coronam clericatq,
quam gerit ad gloriam beati Petri, ipsa ex auro non e passus
uti corona frigidu uero candido netore splendendam reuerechio-
nem dominicam designans eius sanctissimo vertici, manibus
n. r. i. s. imponimus, et tenentes frenum equi ipsius pro Reueren-
tia beati Petri statores officiu illi exhibuimus, Statuetes
eodem frigio omnes eius successores singulariter uti in proces-
sionibus ad Imitationem imperij n. r. i. ut no Pontificali a-
p. e. u. i. l. e. s. c. a. t. sed magis amplius, q. s. Terreni Imperij, dignitas, glo-
ria, et Potentia decoretur. Ecce tam Palatiu nostru, ut pre-
latum e Rome Urbis, alias, quaq, Romanam Urbem, et omnis
Italiae seu occidentalium Regionum, loca, et ciuitates prefato
beatissimo Pont: p. r. i. n. r. o. siluestro vniuersali Pape concedentes
et relinquentes, alias concedimus, et relinquimus ipsius, et
successorum Pontificu poti, et dictione firma Imperiali centu-
ra. Per hanc n. r. a. m. d. i. u. a. l. e. s. a. n. c. t. a. m. e. t. p. r. a. g. c. o. n. s. t. i. t. u. t. i. o. n. e. m.
decreuimus disponenda atq, in iure sancte Romane ecclesie
concedimus permanenda, unde congruu perspeximus nostru

Imperium, et Regni potestatem orientalibus transferri, ac transmutare
 Regionibus, et in bizantie prouincia in optimo loco, nomine nro Cui^{tes}
 edificari, et nrūm Illic Imperiū constitui, quoniam ubi Principatus sa-
 cerdotū, et xpiane Religionis Caput, ab Imperatore Celesti constitu-
 tū ē, iustum, non ē, ut Illic Imperator Terrenus habeat potē. Hec
 uero omnia per hanc nrām Imperialem, et Imperialia diuina decre-
 ta statuimus, atq; confirmauimus usq; in finem Mundi illabata
 et inconcussa permanere decreuimus. Unde coram deo uiuo, qui
 nos Regnare precipit, et coram terribili eius Iudicio obtesta-
 post obitum clare memorię Alfonsi Aragonum, et Sicilia Regis genitoris tui, et
 in hoc aditu tui Regni grauatus fuisti debite dirigimus considerationis in tuitū
 nō immerito inducimur, ut uotis tuis illis presertim p̄ que eadem expensarū onera
 per aliquā debitor tuorū morā facillius collerare ualeas quātum cum deo possumus
 fauorib̄ animamur. Sane pro parte tua nobis nup̄ expositū fuit q̄ p̄tū Alfonsi
 Rex in eius testam^{to} in qua inter cetera te heredem, et in ip̄so Regno Sicilia successorē
 suum Instituit quāmplura legata sicut ad pias causas uolens q̄ tu illa infra certa
 tunc expressa tempora efficaciter soluere tenereris, certis et quo ad hoc fidei cōmis-
 sarijs siue executoribus suis deputatis pro ut in eodem testam^{to} dicitur plenius con-
 tineri cum aut̄ sicuti eadem expositio, subiungebat. Tu prop̄r^o quam plurimas

In lucen.
 Dispensatio q̄ Rex
 Ferd^o nō tenet ad
 satisfactionē legatorū
 Regis Alfonsi p̄r
 infra triennium

expensas quas in adipiscenda possessione dicti Regni, ac illius proceres, et populos in tua firma obedientia conseruando fecisti legata ipsa, quae ad maximam summam ascendunt hactenus commode persolvere non potueris, neque de principis pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut tibi ad persolucnda ipsa legata aliquam temporis dilationem facere, et impartiri de benonitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui de expensis per te factis huiusmodi plene informati sumus non ab re fore putantes, si pro manutentione pacis ipso Regno, et tui status preseruacione, ut tibi interim ad sumptus necessarios faciendos facultates facilis suppetere ualeant, aliqua quo ad ipsa legata soluenda dilatio concedatur huiusmodi supplicationibus inclinari, ut usque ad triennium a data presentium computandum solutioni seu satisfactionem legatorum, et relictorum quorumcumque per eundem genitorum tuum in eodem testamento ad pias causas transfectorum, praeterque legatum de sexaginta millibus ducatis contra turcas pro fide catholica per te expendendum factum ad quod satisfaciendum, et testamenti forma complementum te ex nunc reatim teneri et astrictum esse uolumus differere, et prorogare ualeas, et ad ipsa legata, et relicta interim persolucnda aut illorum occasione satisfaciendum quibuslibet minime tenearis, nec ad id perquiscumque et ad ipsorum fidei commissariorum, siue executorum, aut aliorum instantiam quauis et apostolica auctoritate, Inuitus, aut uolens requiri ualeas, seu et coartari serenitati tuae auctoritate apostolica tenore presentium de speciali oratione concedimus pariter et indulgemus. Ita tamen ut interim te taliter disponas, ut lapsa dicto triennio pro exoneracione conscientiae patris Regis genitorum tui et tuae salute anime legata ipsa efficaciter, et omnino persoluas, et pauperibus et alijs quorum interest plene satisfacias pro eisdem non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere, et si quis. Datum Romae apud S. Petrum anno 1558. Idus Nouemb. Pontificatus nostri anno primo.

Ioannes Orcicinus.

Pius ij. etc. Ad futuram rei memoriam. Nuper inter ven^{les} fratrem nostrum Berardum Episcopum Spoletanum, ac dilectum filium nostrum Aca pitum de Rusticiis Car. Sacerdotum palatii Apst Auditorum cappellanum familiares nostros, ac domesticos, continuos comensales nomine nostro ex una, et dilectos filios Mattheum Joanni nostrum, ac Regium Secretarium, ac Antonium de Alexandro de Heap. V. J. D. Car^m in Christo filij Ferdinandi Regis Siciliae Illustris, Consiliarios, Oratores, et Procuratores nomine serenitatis suae parte ex altera certa capitula inhita, et concordata fuerunt quorum tenor sequitur et est talis.

Capitula conuentiones, et pacta inhita, et firmata inter R^{uum} in Christo patrem D. Berardum Episcopum Spoletanum, et ven^{les} D. Aca pitum Cuius de Rusticiis V. J. D. nomine, ac pro parte S^m ac Beatissimi domini nostri Pij PP. ij. parte ex una, et M^{cos} viros nostros Mattheum Joannem apst et Regium Secretarium, et Antonium de Alexandro V. J. D. oratores, et Procuratores Ser^m atque Illustrissimi Domini Ferdinandi Regis Siciliae et nomine et pro parte dicti domini Regis ex altera.

in loco ubi Romanus Pontifex residebit singulis annis transmittendi, et soluendi
 quoquidem quinquennio finito prefatus Dñs Rex teneatur a prefato D. N. in ius-
 cionem dicti Vicariatus petere, et dictus D. N. ad aliud quinquennium concedere qbus
 finitis dictus dñs Rex teneatur dimittere Ecc^a Romanę Civitati ipsa, vel alias
 de ea facere ad voluntatem dicti Dñs Nri.

Et in casu nō soluti, et transmissi equi singulis annis in tempore debito incurrat ipa
 Regia M^{tas} penam unciarum quinquaginta.

Item promiserunt dicti procureres, q prefatus dñs Rex mandabit, et operabit^r effec-
 tualiter, quod Comes Jacobus Piccininus infra terminum unius mēsis
 a t^ore acceptationis pñtium caploz per ipsum dñum Regem facende incohari
 restituet S^{mo} D. N. Civitatem Accisij, Hucceriam, Gualdum, et terras, La-
 stra, et quecumq; alia loca, que de bonis Ecc^a Romanę uiolenter, aut alio modo
 perse, vel alium recepit, uel occupauit, et q ab incursionibus violentis quas hucusq;
 in t^oris Ecc^a fecit omnino desistat, q infra prefatum ter^m nō fecerit, et a pñtis Co-
 mes ipse nō desiterit prefatus dñus Rex ipsum ut hoste diffidet, et a suis sti-
 pendijs amoueat, ac desinat sibi dare subuentiones et contra eum bellum in-
 dicat, et sū pacta et capla in confederatione, et liga Italię, et et in lris infeu-
 dationis contenta contra eum insurgat, et ad defensionem Ecc^a Veniat cum
 armigeris, et equitibus de quibus in caplis, et lris sup^{is} fit mentio specialis
 de voluntate, tum dicti dñi nri equites uiui ad mille, et pedetes ad mille quin-
 gentas limitantur, cum quibus ad requisitionem dicti dñi nri ad ipsius dñi
 Regis sumptus contra dictum Comitem continue perse, vel alium pro ut dñs
 Nri requisierit, procedat usq; ad finem guerre, saluis, et reseruatis hys oib; q;
 que in caplis lige, et in lris infeudationis continentur si maior necessitas sup-
 uenerit vel S^{mo} D. N. alr visum fuerit, seu requisierit.

Item est conuentū, q causas, siue differentias, que sunt inter dñum Regem, ex una,
 et dñum Sigismundum de Malatesta ex altra ipsa Regia M^{tas} ponat pro par-
 te sua in manibus D. N. libere et absolute qui causas ipsas de iure, uel defacto
 a iudicibus partibus terminet, et q stabit, atq; p^orchie s^ontie dicti Dñi nri sub pe-
 nis de quibus D. N. Videbitur, et q dictus dñs nri possit indicere, et ponere tre-
 guas, et tollere offensas quando uisq; sibi placuerit, dummo p^ous per dictum
 Dñum Sigismundū sit plene, et sufficientissime cautū de iudicio Sisti, et iu-
 dicato soluendo, ad arbitrium dicti dñi nri.

Item p^oti Oratores, et Procureres nomine dicti dñi Regis promiserunt q oia, et sin-
 gula in lris infeudationis contenta, que singulariter prolixam foret exprimere
 R^a M^{tas} readr, et ad effectū adimplebit, exequet, et faciet omni exceptione et ex-
 cusatione remotis et si per predecessores suos in dicto Regno seruata nō fuerint
 et sic iurabit firmata fuerint, et expedita pñtia capla Romę apud Sanctum
 Petrum in Palatio Dñi Nri, et in Camera ipsius Epⁱ die xvij^a Octobris M cccc lviij^a
 Pontificatus eiusdem Dñi Nri Anno pr^o Ego Bernardus Ep^{us} Spoletan affirmo

approbo preinserta capitula fuisse per R^{ous} p^{rem} D. Agapitum, et me pro parte S^m D. N. cum Mag^o Viris dⁿⁱ Mattheo Joanne, et d^{no} Antonio infrascriptis dⁿⁱ Regis Siciliae etc. oratoribus facta inita et firmata ad fidem manu propria subscripsi. Ego Agapitus similiter affirmo, et approbo preinserta capla fuisse per R^{ous} in Ch^{ro} p^{rem}, et dominum D^{num} Berardum Ep^{um} Spoletan, et me pro parte S. D. N. cum Mag^o Viris domino Mattheo Joanne, et d^{no} Alexandro infrascriptis dⁿⁱ Regis Siciliae et Oratoribus facta inita et firmata, et ad fidem manu propria sub^{si}, Ego Mattheus Joannes procurio nomine quo supra affirmo, et approbo preinserta capla fuisse per R^{ous} p^{rem} d^{num} Ep^{um} Spoletan, et d^{num} Agapitum pro parte dicti S. D. N. et nos Mattheum Joannem, et Antonium de Alexandro dⁿⁱ Regis Siciliae etc. Oratores facta inita, et firmata, et ad fidem manu propria me subscripsi, Ego Ant^o de Alex^o procurio nomine quo supra affirmo, et approbo preinserta capla fuisse per R^{ous} in Ch^{ro} p^{rem} d^{num} Berardum Ep^{um} Spoletan, et d^{num} Agapitum pro parte S. D. N. et nos Mattheum Joannem, et Ant^o de Alex^o dⁿⁱ Regis Siciliae etc. Oratores facta inita, et firmata ad fidem manu propria me sub^{si}: Cum itaqz hec omnia, et singula preinserta capla per eundem Regem approbata iam ratificata, et confirmata sollemniter fuerint, prout in lris suis, cum sub^{si}criptione proprie manus, et appensione maoni Sigilli sue Maestatis desuper editis plenius continetur. /

Nos quoqz illa eadem capla prout superius inserta sunt de verbo ad verbum aucte ap^a decerta nra scia approbamus, ratificamus, et confirmamus, et presentis scripti p^{ro}cinio communius. Nulli ergo etc. nre approbationis, ratificationis et confirmationis, et communionis infringere etc. Siquis aut^o etc. Datu^o Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. M^o cccc. lviij. quarto Idus Nouembrii Pont^o nri Anno p^o x Nouembrii. /

Joannes Orticus. /

[Faint, illegible handwriting at the top of the page]

[Large block of very faint, illegible handwriting in the middle of the page]

[Large block of very faint, illegible handwriting at the bottom of the page]

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei Dilecto filio Alfonso de
Aragonia Duci Calabriae Salutem, et Apostolicam benedictionem.

Romanus Pontifex inter curas multiplices: quibus ex iniuncto sibi pastoralis officij
onere premitur, non solum illam nimirum libenter amplectitur, ut circa regimen, et
gubernationem Regnorum, Ciuitatum, terrarum, et locorum Romane ecclesie subie-
ctorum viri per eum deputentur idonei, fide preclari, prouidentia circumspetti, ex-
perientia docti, iusti, uigiles, et prudentes: qui eius, et ecclesie predictae statum diligant,
pacem ament, concordiam nutriant, subditos non grauent, et sine personarum acceptio-
nis iustitiam administrent, sicq; prudenter et iuste populos regant, dirigant, et gubernent.
q; ydem populi, et subditi laudabiles se recepisse rectores, et gubernatores merito
gloriantur, sed etiam illos: quos sic deputatis cum decesserint, dum eisdem Regnis,
Ciuitatibus, terris, et locis a predecessoribus suis Successores ordinatos esse comperit,
praecipue prouidos, et fideles, ac sui, et predictae Ecclesie honoris zelatores: de quorum
integritate, et erga commissos sibi populos cultu iustitiae preclara illorum virtutes, et
merita fidem indubiam pollicentur gratiae potioris prerogatiua prosequitur, ut
exinde eorum successionis certiores facti adueniente illius tempore in commissa
sibi regiminis cura, eo laudabiliter se exerceant: quo apostolice liberalitatis mu-
nificentiam gustauerint plenitiam, dum maxime eorum: quibus successuri sunt
hoc pia exposuit deuotio causis rationabiles persuadent, et id in domino conspiciet
salubriter expedire.

Dudum siquidem Eugenius PP. iij. felix recordationis predecessor noster clare memoriae
Alfonso Aragonum Regi Auo tuo Regni sicilie cum terra citra farum excepta Ciuitate
nostra Beneuentana cum eius territorio, et districtibus, et pertinentijs, etiam si Regnum
cum terra huiusmodi ad predictam ecclesiam per obitum clare memoriae Ioanne ij.
olim dicti Regni Regis, uel alias qualitercunque deuolutum foret in feudum perpetuum
pro se, heredibus, et successoribus suis masculis recta linea legitime descendentijs tunc
iam natis, et nascituris sub certis modis, et conditionibus tunc expressis de frum suorum
S. R. E. Cardinalium consilio per quadam litteras concessit, et deinde pro parte Car-
mi in xpo filij nostri Ferdinandi dicti Regni Regis III. Pie memoriae Pii PP. ij. pre-
decessori nostro erepato q; predictus Alfonso ipsum Ferdinandum eiusdem Alfonso filium
primogenitum in predicto regno, et tra citra farum post ipsius Alfonso mortem successore
suum, ac dictos Regni, et tra legitimum heredem fore statuerat, et declarauerat, et per eundem
statuti, et declarationis robore, ac successionis huiusmodi firmitati certitudine tunc Princeps
Comites, et Barones magnates, et Populi Regni, et terre predictarum in ipsius Ferdinandi
Regis manibus ipso Alfonso adhuc tunc in humanis agente homagium, ac fidelitatis

solitum iuramentum prestiterat. Idemq; Alfonsus Rex in ultimis dierum suorum
constitutus, condens in eius ultima voluntate testamentum, et in eadem voluntate presens
ipsum Ferdinandum suum heredem uniuersalem, et in eisdem Regno, et terra successorem
instruerat, etq; postea dicto Alfonsi Rege uita functo uniuersi Principes, Comites, Ba:
rones, populi, et magnates antedicti in eadem voluntate firmiter perseuerantes ipsum
Ferdinandum regem in eorum Regem pacifice recognouerant, et iterato simili homagio
et iuramento prebito cum talem censuerant, et reputauerant, tamq; conseruantes, et
reputabant. Idem Pius predecessor predictum regnum sicilie cum dicta tra citta
farum excepta similiter dicta Ciuitate Beneuentana cum eius territorio, et districtu
siue per obitum dicti Alfonsi Regis, siue aliar qualibetq; ad p^{te} Ecclesiam reuersu
et deuolutum foret, siue ipse Ferdinandus Rex eidem Alfonsi Regi in illi legitime
successisset, siue non eidem Ferdinando Regi tanq; dicti Alfonsi Regis filio p^{te} genito,
et in dicto Regno, et terra successuri, eiusq; liberis recta linea ex suo corpore legitime
descendentib; natis, et nascituris cum conditionib;, modis, formis, additionib;, promissio:
nibus, cautelis, et uoluntatib; tunc expressis matura super hoc deliberatione prehabita
de frum suorum S. R. E. Cardinalium Consilio, et assensu et certa sua scientia, et de
Apostolice potestatis plenitudine per alias suas literas in feudum perpetuum gessit,
confirmauit, et de nouo donauit, ac mandauit, et fecit eundem Ferdinandum Regem
de Regno, et terra predicta iure feudi huiusmodi per bone mem. Latinum episcopi
tusulanum tunc tituli sanctorum Joannis, et pauli presbiterum, cardinalem actuali
inuestisi, pro ut in eisdem Eugenij, et Pij predecessorum predictorum lris plenius
continetur, cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte Ferdinandi Regis
petitio continebat ipse Rex cupiat te eius filium primogenitum legitimum, et natum:
qui iuxta dictas literarum continentiam, et in Regno, et tra p^{te} succedere debes, et si
te eodem Ferdinando Rege adhuc uiuente mori contingat dilectum filium nob. viru
Ferdinandum de Aragonia Principem Capuanum primogenitum filium tuum et legi:
timum, et naturalem ipsius Ferdinandi Regis nepotem habere successorem, et p^{te} maioris
successionis huiusmodi securitate, et soliditate, et sub eadem conditione si te eidem
Ferdinando Rege premoneri contingat p^{te} Ferdinandum Principem de Regno, et tra p^{te}
ex nunc iure feudi huiusmodi Inuestiri, et eam que fieri deberet ipso Ferdinando
Rege uita functo de te si superuixerit, uel dicto Ferdinando Principe si precederet
ipsum Ferdinandum Regem Inuestituram ex nunc sine tamen ipsius Ferdinandi
Regis ullo preiudicio fieri: que eiusdem roboris, et efficacie existat, et eisdem operetur
effectus: cuius esset, et quos operaretur si ipso Ferdinando Rege uita functo fieret.
Nos: qui eiusdem Ferdinandi Regis: quem suis exigentib; meritis singulari beneuolentia

prosequimur, et gerimus in visceribus charitatis, votis in his presertim: que ad tui p^{ti} Ferdinandus Principis: quos in peculiaribus nostris, et p^{ti} ecclesie filios habuimus, hactenus, et habemus comodum, et honorem, actus, et illius iurium in Regno, et terra p^{ti} uberiori securitatem tendere dignoscuntur libenter annuimus ad immensam deuotione: qua Alfonso dum vixit, et Ferdinandus Reges prefati pariter, et tu dictusq; Ferdinandus Princeps ad predictam gessisti hactenus, et ad huc Ferdinandus Rex, et Princeps gerunt, tu quoque genis ecclesiam, et illorum, actua grandia merita debitum respectum habentes pariter et sperantes qd tu, et Idem Princeps predecessorum vestra uestigia prosequendo in virtute fidei sinceritate, et deuotione erga p^{ti} ecclesiam perseverabis eiusdem Ferdinandi Regis, in hac parte supplicationibus inclinatis, habita super ijs cum fratribus nostris deliberatione matura ad laudem omnipotentis Dei Patris, et Filij, et Spiritus sancti, et Gloriosae semper virginis Marię, nec non beatorum Apostolorum Petri, et Pauli ad honorem quoq; pacem, et tranquillum statum nostrum, et Sedes Apostolicę, ac sanctę Romane ecclesie sponte nostre, et Regni predictorum salutem quoq; Principum, Ducum, Comitum, Procurum, et Populorum eius predictorum regnum Sicilię cum tota dicta terra citra farum iuxta, et secundum illum statum quem p^{ti} Ferdinandus Rex nunc tenet, et possidet de eadem terra usq; ad confinia terrarum dictę Romane ecclesie, Ciuitate beneuentana, et illius territorio, ac districtu predictis, exceptis cum Regnum ipsum cum dicta terra, ut predictum post felices ipsius Ferdinandi Regis defuncti dies ad p^{ti} ecclesiam deuolui, seu eiusdem Ferdinandi Regis regimine debitum contingit ex nunc p^{ti} ut extunc, et e conuerso tibi tanq; dicti Regis Ferdinandi filio primogenito, et successori si tunc superuixeris, alioquin te predicto dicto Ferdinando Principi tanq; eiusdem Ferdinandi Regis in dicto Regno, et terra legitimo successori pro te, et in euentum ut supra pro ipso Ferdinando Principe, actus ex te, uel eiusdem Ferdinandi Principis in euentum eiusdem liberis ex ipso Ferdinando Principe recta linea legitime descendens respectiue natis, et nascituris cum censu annuo, alijsq; conditionibus, modis, formis, adiectionibus, promissionibus, cautelis, clausulis, uoluntatibus, et ordinationibus inferius annotatis de eorundem fratrum nostrorum consilio pariter, et assensu, ac ex certa nostra scientia, et Apostolice potestatis plenitudine tenore presentium in feudum perpetuum concedimus confirmamus, et de nouo largimur, uolentes, et intendentes te si tunc superuixeris alioquin dictum Ferdinandum Principem de p^{ti} Regno, et terra citra farum, ut p^{ti} per uerillum prefate ecclesie tibi si tunc superuixeris, alias dicto Ferdinando Principi per nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, aut aliquem ex eiusdem ecclesie Cardinalibus, aut alium: cui nos, aut sedes p^{ti} id duxerimus committendum

eiudem ecclesie nomine tradendum, et assignandum post obitum dicti Ferdinandi Regis
ut prefertur inuestiri ita tamen. qd tu, et Ferdinandus Princeps respectiue ut prefertur ante
presentium literarum de manibz nostris, seu mandatorum nostror receptionem iureta
formam inferius annotatam fidelitatis debite iuramentum, et homagium, nec non
seruitium, vassallagium, et ligium in manibz nostris per uos, uel procuratorem vestrum
ad hoc a uobis specialiter constitutum, et iterato tu, uel dictus Ferdinandus Princeps:
quem de reno, et terra p^{ht} contingit, ut prefertur actualiter Inuestiri tempore tra-
ditionis dicti verilli, et actualis Inuestituris p^{ht} prestare teneamini p huiusmodi feudo
prestari debita, et consueta. Quorum quidem Iuramenti homagij, seruitij, vassallagij
et ligij prestationes: quas ante actualem Inuestituram huiusmodi per te, et eundem
Ferdinandum Principem prestari contingeret sub iam dicta conditione, te si super uiuentis
dicto Ferdinando Rege decedente: alioquin eundem Ferdinandum Principem ad iuram^{ht}
huiusmodi, et contentor in eo obseruantiam obligent perinde ac si post dicti Ferdinandi
Regis obitum, ut prefertur fierent per te, uel dictum Ferdinandum Principem: qui eidem
Ferdinando Regi in dicto Regno, et terra succedet. Ciuitate autem Beneuentana p^{fas}
cum eius territorio, districtibz, et pertinentijs per nos, seu Romanum Pontificem distinctis
uel distinguendis cum eorum Incolis pro ut illam sibi dudum prefata Romana ecc^o
specialiter retinuit, et reseruauit harum serie nobis, et prefate ecclesie specialiter reseruatur
conditiones uero p^{ht} sunt hec vs.

Promittetis, et Iurabitis tam ex nunc in manibz nostris quilibet urum: qz successiue in
euentum predictum, tam alter urum in manibz nostris, seu Romani Pont. p tempore
existentis, uel alicuius cardinalis, siue alienij: cui nos, aut sedes predicta id duceimus
commendandum te, uel eundem Ferdinandum Principem per traditionem verilli p^{ht}
de regno huiusmodi modo premissis inuestientis manibz, qz etiam in singulis inue-
stitionis tui, et dicti Ferdinandi Principis in euentum predictum in dicto regno heredes
iureta formam infrascriptam, q tu, uel illi nullas unquam conspirationes, colligationes
uel coniurationes cum quibuscunqz Regibz, Principibz, seu magnatibz, Comitibus,
vniuersitatibz, aut personis alijs fidelibz, uel infidelibz contra nos, seu successores nostros
Romanos Pontifices canonicè intrantes, aut dictam romanam ecclesiam seu in eorum
damnum facietis, aut fieri consentietis, seu permittetis. quantum in te, uel illis erit, nec
factas ratas habebitis, et q nunqz a nostra, et dictæ ecclesie obediencia recedatis, nec
aliquid scisma contra nos, uel successores nostros, aut Romanam ecclesiam facietis
aut cuiuscunqz scismatis, uel heresis inuitatores eritis, seu fautores, nec huiusmodi
conspirationes, colligationes, coniurationes, seu scisma contra nos, seu succ. nostros

aut ecclesiam predictas facietis, aut schismaticos, uel hereticos receptabitis, seu
 quocumque modo eis fauebitis, aut eis, uel eorum alteri aliquod consilium, auxilium,
 uel fauorem prestabitis, nec aliquos nobis, aut dicte ecclesie rebelles, aut nostros, et
 dicte ecclesie hostes, uel inimicos, seu rerum, et bonorum ipsius ecclesie, inuasores
 aut occupatores in Regno, et terra predictis, aut in aliqua ipsorum parte, uel alio
 quouis loco: in quo temporalem potestatem habebitis, receptabitis, aut receptari
 per alios quocummodo patiemini, seu promittetis scienter, sed illos efficaciter perse-
 quemini. Quod autem supradicitur de inimicis, et rebellibus extra Regnum, et terram
 p^{ta} non receptandis intelligatur de notorijs, uel declaratis, seu declarandis, aut alias
 nominandis per Romanum Pont. in regno autem, et terra predictis intelligitur prout
 superius est expressum, si uero in tui, si tu, uel dicti Ferdinandi Principis, si ipse
 Ferdinandus Princeps dicto Ferdinando Regi, uigore presentium in p^{to} Regno succe-
 detis, uel tuorum, seu eiusdem Ferdinandi Principis sic dicto Ferdinando Regi succe-
 detis in dicto Regno heredum obitum legitimum heredem te, aut ipsos (quod absit)
 non habere contingerit Regnum ipsum ad predictam Romanam ecclesiam, et eius
 dispositionem liberè reuertatur. Descendentes autem ex te, si tu, et ex ipso Fer^{do}
 Principe, si ipse Ferdinandus Princeps dicto Ferdinando Regi in prefato Regno pre-
 sentium uigore successeritis, uel ipsi tuis, et eiusdem Ferdinandi Principis dicto Fer^{do}
 Regi succedentis heredibus dicti Regni Regibus matres, aut Femine, in eodem Regno
 succedant. Ita tamen, quod stirpibus matribus sine ex directa, siue ex transversali linea
 usque ad quartum gradum femine non succedant, sed matres dumtaxat inter eos
 gradus, et lines prerogatiua seruata secundum Iuris dispositionem, et duobus, aut
 pluribus liberis matribus in eodem gradu per eandem lineam concurrentibus primo-
 genitus alijs preferatur, et tantibus uero feminis tantum in eis eadem forma: que
 in matribus seruatur. In Regno uero, et terra predictis nullus succedat: qui non
 fuerit de legitimo matrimonio procreatus ad hec tam tu, similiter, quod idem Fer^{do}
 Princeps si cum dicto Ferdinando Regi uigore presentium in dicto Regno succedere
 contingat, quod tu, et dicti Principis sic dicto Ferdinando Regi in dicto Regno succe-
 detis in eodem Regno heredes Regnum, et terram p^{ta} nullatenus diuidentis, sed
 semper unus tantum uestrum sub huiusmodi conditionibus Immediate, et in
 capite nomine Romane ecclesie illa tenebit, et tam tu, si te, quod idem Fer^{do}
 Princeps si cum dicto Ferdinando Regi in dicto Regno succedere contingat
 et p^{ta} tui eius Principis sic succedentium in dicto Regno heredes sub proprijs

nomibus nobis, et successoribus nostris Romanis Pont. canonicè intrantibus
ac Romanis eccles. expressis uerò, et hered. ipsorum nomibus ligium, et homagiū
faciens, et dictum Iuramentum fidelitatis mentionem expressam de presentibus
litteris faciendo prestabit, ut prefertur huiusmodi aut ligium, et homagium
tu si te, et dictus Ferdinandus Princeps si cum dicto Ferdinando Rege
in dicto Regno vigore presentium succedere contingat, et dicti tui, et Ferdinandi
Principis sic succedentium in dicto Regno facere, et iuramentum fidelitatis
prestare iuxta subscriptam formam, tu vs. et Ferdinandus Princeps prefatus
ut prefertur ex nunc per uos, uel procuratores uestros in traditione presentium
litterarū: quæ uobis, uel eidem procuratoribus fiet in manibus nostris, et ille ex te,
et Ferdinando Principe: quem dicto Ferdinando Rege in dicto Regno succedere,
et de illo actualiter per traditionem dicti uexilli inuestiri contingeret in nostris, seu
Romanis Pontificis pro tempore existentis, aut prefati cardinalis, uel alterius ad id
missi inuestientis manibus iudem uerò heredes si Romanus Pont. in Italia fuerit
infra sex menses, si uerò extra Italiam esset infra annum postq̄ Regni dñium
adepti fuerint teneamini, et singulis successoribus, ac eidem Romanis ecc. reno:
uabitur tam ipsum ligium, et homagium, q̄ etiam huiusmodi Iuramentum in
optione autem et beneplacito erit Romanis Pont. seu predictis ecclesiis tui, ac
dictum Ferdinandum Principem si cum dicto Ferdinando Rege in dicto Regno
vigore presentium succedere contingat, et tuos, ac eisdem Ferdinandi Principis sic
succedentis heredes predictos uocare ad prestandum personaliter Iuramentum
fidelitatis, ac ligium, homagium huiusmodi Romanis Pont. ac eidem ecc. dñi modo
ad hoc tibi, et illis tutum locum statuatur, et assignet, uel aliquem cardinalem ipsius
ecclesie, aut alium: qui vice Romanis Pont. iuramentum iuxta eandem formam
et homagium huiusmodi recipiat destinare, tu quoq̄ et Idem Ferdinandus Princeps
in manibus nostris iurabitur ex nunc ut prefertur uos ad hoc specialiter esse
obligatos, et tam tu si te, q̄ dictus Ferdinandus Princeps si cum dicto fer^{do} Rege
presentium vigore succedere contingat in dicto Regno, q̄ tui, et dicti Ferdinandi Prin:
cipis sic succedentium in dicto Regno heredes nobis, et singulis successoribus predictis
atq̄ eidem ecclesie quando prestabit, et prestabunt huiusmodi iuramentū fidei:
tatis, iurabitur uos ad hæc specialiter obligatos, q̄ vs: nunquam tu, aut ipse fer^{do}
Princeps sic dicto Ferdinando Rege succedentis tuiq̄, et eisdem Ferdinandi Principis

sic succedentis heredes per vos, uel alium, seu alios quocumq; modo procurabitis
 uel procurabunt, ut tu eligaris, uel nomineris, aut aliquis eorum de Ferdinandi
 Principis, et tuorum illius heredum eligatur uel nominetur in Regem, uel Imper^{rem}
 Romanum, uel in Regem Theutonicæ, aut dominium Lombardiæ, uel Tusciæ, uel
 maioris partis earundem Lombardiæ, uel Tusciæ, et si electionem, uel nominationem
 ad Imperium, uel regnum Rom. seu ad Regnum Theutonicæ, aut dominium
 Lombardiæ, uel Tusciæ, seu maioris partis huiusmodi de te, uel illis celebrari contin-
 gerit nullum huiusmodi electioni, uel nominationi assensum prestabis, nec ipsi prestabunt
 aut te intromittes, uel illi se intromittent ullo modo in regimine ipsius Imperij, uel
 Regni Romani, seu Regni Theutonicæ, aut dominij Lombardiæ, seu Tusciæ, uel maioris
 partis earundem ad quocumq; eorum tu, uel illi nominati fueritis, uel electi q; si tu, uel
 dictus Ferdinandus Princeps, siue aliquis tuorum, uel eius in euentum predictum in
 dicto Regno heredum studentib; et procuratorib; te, aut eis in Imperium ipsum, siue
 dictum Regnum Romanum, siue Regnum Theutonicæ, aut dominium Lombardiæ,
 seu Tusciæ ac maioris partis earum electi seu nominati fueritis, aut si post talem electionem
 in Imperij, uel Regi Romani, seu Regi Theutonicæ, aut dominij Lombardiæ, seu Tusciæ, aut
 maioris partis earum regimine tu te, uel ipsi se manifestè intromiseritis sine expresso
 nostro, seu successorum nostrorum mandato eo ipso a Jure predictorum Regni Siciliae,
 et terræ cadatis, ipsiq; heredes cadant ex toto illaq; prorsus amittatis, et amittant
 et eadem Regnum Siciliae, et terra ad Rom. ecclesiam libere reuertantur, si autem
 tu, uel dictus Ferdinandus Princeps, seu aliquis ex dictis heredib; electioni, uel nomi-
 nationi pro tempore facti non procurantib; te, uel illis, aut etiam palam, uel occultè
 procurantib; forsan consenseris, uel consenserint, et q; huiusmodi electioni, uel nomi-
 nationi, seu tui omnino renuntieris, seu renuntierint, et q; de Imperio, uel aliquo pre-
 missorum: ad quod electus, seu electi, nominatus, seu nominati fueritis, seu fuerint nulla-
 tenus uos intromittatis, uel ipsi se intromittant, moniti nisi infra quatuor mensium
 spatium post monitionem huiusmodi tali electioni, uel nominationi, aut Juri renuntia-
 ueritis, seu renuntiauerint, uel si de ipso Imperio, uel aliquo premissorum: ad quod
 electus, uel nominatus, electi, uel nominati fueritis, uel fuerint, uos intromiseritis, uel
 ipsi se intromiserint quoquomodo ex hoc sitis, uel sint eisdem Regno Siciliae, et terra
 et omni prorsus eorum Jure priuati, et ut dictum est eadem Regnum, et terra ad Rom.

Ecclesiam liberè deuoluantur, si uerò ad te, uel in euentum predictum ad dictum
Ferdinandum Principem, siue tuos, et illius in eodem regno heredes non possint comede
talis monitio peruenire super quo uig. impedimento us. q. moneri commodè nequeant,
uel nequeant credentur, et stabitur assertioni dum taxat Romani Pont. sufficiat monitio
publica, et sollemnis. Ita q. si infra sex menses non renuntiauerint, uel heredes ipsi non
renuntiauerint, aut de Imperio, seu aliquo alio predictorum, ad quod tu, et Ferdinandus
Princeps electus, seu nominatus, uel heredes tui, et dicti Principis succedenti electi, seu
nominati fuerint, uel fuerint quomodolibet te inuolueris, seu illi te inuoluerint, ex hoc
cadat, et ipsi cadant ab omni iure ipsorum Regni, et terre, ac Regnum, et t'ra ipsa
ad Romanam eccl. liberè deuoluantur. Ceterum si contingent aliquem de predictis
heredibus: qui deberet in p. Regno, et t'ra uigore presentium succedere in Regem, uel
Imperatorem Romanum, seu Regem Theutoniarum, uel dominium Lombardie, aut Tuscie
seu maioris partis earum nominari, seu eligi, uel assumi nullatenus eorum Regni, et
terre possessionem nanciscantur, uel habeat, nec se de illorum cura, seu dominio, aut
regimine per se, uel alios aliquatenus inuoluet, nisi prius Imperio, seu regno Romano
seu Regno Theutoniarum, aut dominio Lombardie, seu Tuscie seu maioris partis earum ad
quodcumq. eorum electus, seu nominatus fuerit, uel assumptus, et
sibi in illis competenti omnino renuntiet, et si illorum aliquod, siue de iure, siue de facto
tenere uoluerit regnum Sicilie omnino dimittat ipsum ullo unquam tempore re-
sumpturus, cadatq. ab omni successione, et iure: que in regno Sicilie, et terra predictis
sibi competere ipsi facto, Ita q. eadem Regnum, et terra ad Romanam eccl. eiusq.
dispositionem plenarie, et liberè deuoluantur q. si non extantibus masculis, feminis in
eisdem Regno Sicilie, et terra successerint illa Regi, uel Imperatori Romano, seu in
Rege, uel Imperatore Romano electo, aut Regi, uel electo in Regem Theutoniarum, seu d'no
Lombardie, aut Tuscie, uel maioris partis earum, seu electo ad earum, uel maioris
partis earum dominis nunquam matrimonialiter copuletur, et si contrarium fecerit
eo ipso cadat a Sicilie Regno, et terra p. ac prorsus ipsorum iure priuata sit ipsi
Regno, et terra ad eandem ecclesiam deuolunt, si autem tu si te, uel dictus Ferdinandus
Princeps si cum dicto Ferdinando Rege in dicto Regno succedere contingat, uel alius
uorum, et dicti Ferdinandi Principis dicto Ferdinando Regi in dicto regno uigore
presentium succedenti in regno predicto heredes contra hec uenerint, uel uenerint
eo ipso excommunicati, et insuper labe, et reatu perisurij respersi, et notari existatis in

huiusmodi quoque Iuramento etiam per te, et dictum Ferdinandum Principem ex nunc
 prestando, et repetendo ut prefertur tu, et Ferdinandus Princeps expressè addens, et tam
 per te, et eundem Ferdinandum Principem, quod tuos, dictique Ferdinandi Principis dicto
 Ferdinando Regi in dicto Regno succederis in illo heredes quotiens illud presideris
 addens expressè quod nullo unquam tempore regnum, seu Imperium Romanum, aut
 Regnum Theutonicum, uel Dominium Lombardie seu Tuscie aut eorum maiorem partem
 seu eandem Lombardiam, uel Tusciam, aut maiorem partem earum per te, uel alium
 seu alios occupabis, capies, uel acquires, aut tibi alias quomodolibet uendicabis, uel
 dicti Ferdinandus Princeps, et tui, ac illius heredes per se, uel alium, seu alios occupabunt
 capient, uel acquirunt, aut alias tibi quomodolibet uendicabunt sine nostra, aut
 successionum nostrorum expressis uoluntate, et assensu, et si secus feceris, siue fecerint
 secundum ^{tuam} formam penas similes incurras, et incurrant, quod autem dicitur de
 maiori parte domini Lombardie seu Tuscie intelligatur scientes, si uero ignoranter
 eadem ad mandatum ecclesie dimiserit teneamini, et ipsi heredes teneantur et si ea
 ad mandatum ecclesie dimiserit, seu dimiserint, non incurras, seu incidant penam in
 ipso articulo, et similibus constitutam. Si uero tu, et Ferdinandus Princeps, uel tui, et illius
 heredes moniti non dimiserit, aut dimiserint incurras, aut incurrant penam pro
 ut est in hoc articulo, et in alijs constitutam quod si forte in postenum Regem sicilie,
 contingat in Imperatorem eligi postquam regni sicilie fuerit possessionem adeptus non
 transeat ad Imperium alioquin in penas incidat in hoc articulo, et alijs similibus
 comprehensas quod si dicti Regni sicilie possessione nondum habita, uel obtempa
 in Imperatorem electus transire uoluerit ad Imperium in manus prius Romani Pont.
 uel illius: quem ad hoc idem Pontifex duxerit destinandum filium successurum in regno
 et terra ^{præ-}culus unquam fuerit status emancipet ac regno, et terra prefatis renuntiet
 nihil iuris in eis retinens clam, uel palam, nec etiam cuiuslibet patrie, uel alterius
 potestatis occasione, nec ipsum filium ad subsidium, uel aliquod seruitium faciendum
 Iuramento, uel voto, stipulatione, uel facto sibi, uel successionibus suis asstringat, si quis
 factus filius sui iuris ab eodem Romano Pont. uel alio destinato ab ipso protinus
 inuestiatur de Regno sicilie, et terra predictis: ad cuius Regis successionem si forte
 decederet sine libere nullo unquam tempore pater ueniat Imperator existens, sed
 si Imperio, et omnibus que ad ipsum imperium pertinent, Idem pater renuntiare
 uoluerit, et ipsis Regno sicilie, et terra tantum esse contentus post renuntiationem

huiusmodi ad illius successionem liberè admittatur, et tunc ab ipso Romano Pont.
uel alio destinato ab eo Inuestituram recipiat Regni, et terre predictorum Idem
uersò filius sit ad Regnum assumptus si maior decem, et octo annis fuerit liberè
administret, sed quamdiu minor egerit, tam ipse q̄ regnum, et terra p̄ in custodiam
romane eccl. remaneat donec Rex ipse etatem compleuerit antedictam, fructibz
nihilominus, et obventionibz ipsarum Regni, et terre ex quibz sumptus necessarij
faciendi per eorundem Regni, et terre, custodia deducuntur Regi conseruandis
eidem, et lucro alteri ratione ipsius custodiè non cessatis: quò uersò de filio dicuntur
ut ei vs. Regnum possit sub obseruatione premissa a patre ad imperium tran-
seunte dimitti de filia etiam duximus statuendum saluis alijs conditionibz sup̄
et si Rex non habens filios in Imperatorem electus ad Imperium transire volu-
erit de personis: quas supradiximus liberis non extantibz in Regno succedere
posse alij: qui superstites fuerint: quò de filio, et filia preordinauimus obseruentur
in illis excepto emancipationis articulo: qui in solis illis proadere poterit: qui
capaces emancipationis existat ratione patrie potestatis declaramus et q̄ si Regi
Siciliè sine filio decedente superstes sit filia, uel alia mulier: quò iureta p̄fatam
formam debeat ad huiusmodi successionem admitti, et quò Imperatori dum Rex
ipse uiuere fuerat desponsata, uel nupta: illa non succedat in Regno ut pre-
mittitur, et si Regno sibi delato Imperatori nupserit, cadat protinus ab eodem,
nisi uir eius Imperio prorsus renuntians ipsis Regno, et terra solummodò sit
contentus in primo autem casu repulsis filia, et alijs predictis ad personas alias
seruatis gradibz Regnum Siciliè perueniat: quò prenotate sunt, q̄ in eodè Regno
possint succedere: si Rege premortuo liberi non supersint. In secundo autem casu
Regnum, et terra ipsa ad Romanam eccl. liberè deuoluantur. Regnumq̄
Siciliè, et terra predicta Imperio nullo modo subdantur, seu sibi ullo unquam
tempore in eadem persona quomodolibet uniantur. Et precitè super hoc art.
tam per penas spirituales, q̄ alias cautiones cauebitur iuxta ecclesie voluntatem
quandocunq̄ Romanus Pont. hoc duxerit requirendum, cum prorsus sit inten-
tionis Romane ecclesie, ut Regnum, et terra predicta nullo unq̄ tempore uniantur
ut 53. Unus Romanus Imperator, et Siciliè Rex existat, quò autem circa
unionem Regni, et terre huiusmodi cum Imperio dicimus hoc ipsum circa unionem
Regni, et terre, predictorum cum Regno Romano, et Regno Theutoniè, seu cum
Lombardia, uel Tuscia, siue cum maiori parte ipsarum Lombardiè, et Tusciè,

Intelligimus, et volumus esse dictum pro toto uero generali censu ipsius Regni, et tunc
 ut prefertur octo milia unciarum auri ad pondus ipsius Regni in festo Beati Petri
 Apostoli de mense Junij ubicunq; Romanus Pontifex fuerit ipsi Romano Pont. et
 Romano ecc. per te si tu, et Idem Ferdinandus Princeps si ipse dicto Ferd. Regi,
 in dicto Regno presentium vigore succederit, et tuos ac dicti Ferdinandi Principis
 succederit in dicto regno, et tantum heredes ut prefertur annis singulis persoluantur
 si uero tu, uel ipse Ferdinandus Princeps succedens, aut tui, uel illius succederit
 in dicto Regno heredes quocunq; termino non solueritis integrè censum ipsum, et
 expectati per duos menses terminum ipsum immediate sequentes de illo ad plenum
 non satisfeceritis, eo ipso estis excommunicationis uinculis Innotati. quod si secundo
 termino infra alios duos sequentes sine diminutione qualibet non persolueritis totum
 Regnum sicilię, et tota terra p^{ta} ecc. enunt interdito supposita, si uero, nec in
 tertio termino, nec infra duos alios menses proximos per plenam satisfactionem
 illius eiudem census uobis duxeritis consulendum, Ita q; transactis eodem tertio
 termino, et duob; proximis sequentib; mensib; non sit de octomillib; unct. auri
 huiusmodi primi termini ipsi Romanus ecc. integrè satisfactum ab eisdem Regno
 Sicilię, et terra citra farum ipsorumq; Iure cadat ex toto Regnumq; et t^{ra} p^{ta}
 ex tunc ad Romanam ecc. integrè, et libere reuertantur, si autem de censu octo:
 millium unct. huiusmodi primi termini infra dictum tertium terminum, et duos
 subsequentes menses plenariè satisfeceritis, nihilominus semper p octomillib; unct.
 singulorum terminorum simili modo si in earum solutione cessaueritis, uel illas
 non solueritis similes penas Incurratis saluis alijs penis, et processib; que uel qui
 de Iure inferri, uel haberi potuerunt per Romanum Pont. in hoc casu in quolibet
 etiam termino dabitur tui si te, alioquin dicti Ferdinandi Princeps cum dicto
 Ferdinando Rege presentium vigore in dicto regno succedere contingat, et tui, dictiq;
 Ferdinandi Principis in dicto regno heredes nobis, et successorib; nostris Romanis Pont.
 canonicè intrantib; unum Palafenum album pulchrum, et bonum in recognitione
 ueri dominij eorum Regni, et terrę, et insuper tui si te, alioquin dicti Ferdinandi
 Princeps si cum dicto Ferdinando Rege in dicto regno vigore presentium succedere
 contingat cum Regno sicilię, et terram possidebit antedictam, et in eis plenam
 obedientiam habebit, et in ipsius Regni uerus Rex censebitur, seu ipse Ferdinandus
 Princeps censebitur, ut prefertur pro inuestitura huiusmodi ex tunc sub infra dictis
 terminis alter ueltrum, qui sit vigore presentium successerit soluet nobis, et prefate

Romane ecclesie quinquaginta millia marcharum sterlingorum vs. infra sex
menses proximè uenturos post q̄ sic actualiter Inuestiti fuerit decem millia
et infra singulos alios sex menses post eodẽ sex menses primos successiue
computandos, quod singula alia decem millia Marcharum usq; ad totam sumã
quinquaginta millium marcharum sterlingorum huiusmodi donec tota summa
per illum ex te, et Ferdinando Principe predictis: qui dicto Ferdinando Regi succerent
in dicto regno, aut tuo, uel eig nomine nobis, et eidem ecclesie fuerit persoluta
q̄ si in eisdem termino tu, uel Idem Ferdinandus Princeps succedens dicto Fer.
in dicto Regno illas non soluerit, liberum erit nobis, uel eidem Romano Pont.
contra te, et eundem Ferdinandum Principem respectiue pro singulis terminis
ad penas spirituales, et temporales procedere pro ut nobis, uel ipsi uidebitur esse
dixit quancumq; aut Romanus Pont. qui pro tempore fuerit asseruerit, uel
dixerit Romanam ecclesiam indigere, Ita q̄ super Indigentia huiusmodi
Romani Pont. simplici uerbo stetur tu si te, uel Idem Ferdinandus Princeps si eũ
dicto Ferdinando Regi uigore presentium succedere in dictis regno et tra gingat
aut tui, et eiusdem Ferdinandi Principis sic succedens in dicto Regno heredes
requisiti ab eo In urbem in Campaniam in patrimonium Beati Petri in
Tusciam in Ducatum spoletanum in Marchiam Anconitanam ad presmissam
Ciuitatem Beneuentanã, et eig territorium, ac pertinentias: que ut presertim
eidem remanebunt ecclesie ac in ciuitates nras Perusiam, Ciuitatem
Castelli, Bononiam, Ferentiam, et Auinionem, ac Comitatum Venaysini, et in
omnes alias terras ipsius ecclesie ubicumq; consistentes tricentos milites
equites, et armis decenter munitos, et paratos. Ita q̄ vnusquisq; eorum habeat
quatuor equitaturas, uel tres ad minus in ecclesie prelibate obsequium, et subsidium
transmittere per tres menses integros huiusmodi dictorum si te successore, alioquin
dicti Ferdinandi Principis si ipse succerent dicto Ferdinando Regi in regno et
terra predictis, actuonum, et ipsius Ferdinandi Principis succedens in dictis
Regno, et terra her. sumptib; et stipendijs semel tantum in anno in seruijs
eiusdem ecclesie moraturis mensib; ipsis a die: qua ijdem milites terram
uel in dominij, uel fines uestri districtis egressi fuerint per uulgares dictas, et
solitas computandis, et si maluerit ecclesia eadem inuenire necessitate super
qua stetur uerbo Romani Pont. ut dictum est nauali exercitu iuuari q̄ dicti
milites debita taxatione, et re compensatione prehabita in nauale subsidium

commutetur, uerum quia p^{ta} ciuitas Beneuentana quã hactenq ecc^l Romana sibi retinuit, et in
 suũ dominium, seu dominio cum omnib⁹ suis iurib⁹, et pertinentijs reseruauit, et totũ tenimẽtum
 ciuitatis eiudẽ cum finib⁹ eig antiquis: quos Rom^{an} Pontifex quõdocunq; semel tm sibi placuerit
 bona fide sibi destinguet eidem ecc^l, et in eig proprietate libere remanebit nullo iure in eis
 tibi, si tu, uel Ferdinando Principi si ipse dicto Fer^{do} Regi in Regno p^{to} pñtũ uigore succe-
 detur, uel cuiunq; alio de Regno p^{to} retento, seu q^o modolibet reseruaato distinctioni quoq; per
 Romanum Pont. semel faciente, ut dictum est stabitis tu, et Idem Fer^{do} Princeps succedet
 ac p^{ti} tui, et eiudem Ferdinandi Principis succedentis in dictis Regno, et tã heredes absq;
 contradictione, seu refragat^o quacunq; p^o ut ipsa distinctio per literas Apostolicas apparebit
 pro dicta quoq; ciuitate Beneuentana reparanda, reficienda, et fortificanda p^o Romanam
 Eccl. exponens per septennium pro lignaminib⁹ omnia nemora ipsorum regni, et tã et omne
 materiam ad edificia oportunã, ut puta lapides, et arena: que puteola uocatur cementum, et
 similia sine preiud^o. Iuris singulas personas, ad unam dietem prop^o Beneuentum p^ostabit
 etiam ipsi Beneuentanis securitatem per totum Regnum, et terram p^{ta}. Insuper privilegia
 dicta ciuitati a Regib⁹, et Principib⁹ concessa illibata seruabitis omnia statuta per quodã
 Federicum olim Romanum Imperatorem, seu quoscunq; alios Reges, et per q^o Joannam olim
 Reginam p^{ta} facta contra libertatem ciuitatis eiudem reuocabitis, et in omnib⁹ et p^o omnia
 que libertatis fuerit ceteris regnicolis p^ofrabitis illa, nec alia statuta, seu aliquas leges condetis
 in posterum per que dicta ciuitati directã, uel ind^o directã possit preiudicium generari, et pro
 Apostolica sedis, et Beati Bartholomei patroni ciuitatis eiudem reuerentia, fidentias ab oib⁹
 remitti facietis, et remittetis eidem fidentias, aut remissio est concessio libertatis, ut Ciuēs
 Beneuentani possint libere uincas, et terras colere, ac ipsorum fruct⁹, et fruges colligere, ac easdẽ
 uincas, et terras uendere, et de ipsis pro sua uoluntate disponere sine aliqua exactione, uel muneris
 donatione, tu autem si te, alioquin dicto Ferdinando Princeps si eum dicto Ferdinando Regi
 succedere contingat, et dicti tui, et eiudem Ferdinandi Principis sic succedentis in eisdem Regno, et
 terra heredes in dicta ciuitate, et eig territorio ac pertinentijs suis, que ecclesie Romane remane-
 bunt, uel in urbe, seu in Campania, uel maritima, seu ducatu spoletan^o, aut marchia Anconitana
 uel in patrimonio beati Petri in Tuscia, ciuitate Perusina, ciuitate castelli Bononiens^{is}, ferrariens^{is},
 Auinionens^{is}, et Comitatu uenaisini, seu in alijs quibuscunq; aut demarijs, siue feudis ipsis eccl.
 ubilibet constituitur ex successione, uel legato, aut donatione, seu uenditione, aut alio quocunq;
 iure, seu titulo, seu contractu nihil unq; uobis acquirere, uel uendicabitur, seu potestis acquirere
 uel q^o modolibet uendicare, et nihil unquam recipere, uel habebitis, aut retinebitis, seu potestis
 habere, recipere, uel et retinere, aut nullam potestatem, Capitaniam, uel rectoriam, nullumq;
 alium honorem, nullam dignitatem, uel potestatem Senatoriam, uel quamcunq; aliam admini-


strationem, seu commendam, nec quodcumq; aliud officium recipietis, seu recipere poteritis
in eisdem hoc autem intelligimus de illis heredib; tuis, et dicti Ferdinandi Principis si vigore
presentium ipse Ferdinandus Princeps eidem Ferdinando Regi successerit in Regno et tra p^{tr}
et horum, ac dicti Ferdinandi Principis sic succedentis in dictis regno, et terra heredum: qui
in eisdem sic hie regno, et terra succedent. Nolumus enim qd delictum aliorum heredum:
qui succedunt uobis, uel illis in ciuitatib; et alijs terris tunc uestris, uel ipsorum in penam
heredis: qui erit uobis, uel illis successurus in regno, et terra p^{tr} aliquatenus extendatur, ne
uero huiusmodi alij heredes uestri, uel ipsorum contra ea: que in illo continentur articulo
aliquo forsitan tempore uenire presumant acquirendo, uel uendicando, aut recipiendo, uel
habendo, seu retinendo sibi aliquid in terris in art^o ipso expressis, seu comprehensis, uel
recipiendo, uel habendo, uel retinendo in terris eisdem potaniam, seu capitaniam, uel
rectoriam, uel aliquid aliud de hys: que in articulo continentur eodem sic super hys
duaximus prouidendum, ut vs. nulli etiam huiusmodi alios her: vros, uel ipsorum nulli
unquam tempore liceat sibi quicquam in eisdem terris acquirere, seu uendicare, percipere,
habere uel etiam retinere potaniam, seu capitaniam, uel rectoriam, uel aliquid aliud in hys:
que pro ut dictum est in eodem art^o plenius continentur: quicumq; autem ipsos, secus presum:
pserit eo ipso excommunicatus existat, nec ipsi, nec eius posteri in perpetuum possint in eodem Regno
succedere, et si eis in aliquo casu huiusmodi successio deferretur, seu ab illa repellantur omnino
et nihilominus ille qui tunc eiusdem regni Gubernaculo psidebit Romano Pont. patenter assistere
teneatur, si uero vti in ipsis Regno, et terra heredes p^{tr} ciuitatem Beneuentanā, territorium, et
pertinentias eius: que remanebunt ecc^{le} uel aliquam partem eorum, aut campaniā, uel
maritimā seu urbem uel Ducatum Spoletanū, aut Marchiā Anconitanā, siue patrimonium
Beati Petri in Tuscia, aut Ciuitate Perusine, Ciuitatem Castellī Bononiē, Ferrariē, Auinionē,
aut comitatum Venetianę, seu alias quascumq; terras Romane Ecc. ubilibet constitutas, uel ipsas
aliquam partem occupauerit, seu occupari fecerit, aut super ijs offenderit, uel molestari
uenit Ecclesiam, seu fecerit molestari et postquā desuper a Romano Pont. moniti, et
requisiti fuerint, uel si commode moneri, aut requiri nequauerit iuxta ipsius Romani Pont.
asserionem, uel dictum postq; ad hoc publice, et sollempniter te si te, uel dictum Ferdinandū
Principem si eum dicto Ferdinando Regi in dictis regno, et tra p^{tr} vigore succedere contingat
aut tuos, seu ipsius Ferdinandi sic succedentis heredes ipsos monuerit infra tres menses non
restituerit integre omnia occupata eo ipso ab ipsorum regni sic hie, et terre Iure cadat
totaliter. Ipsaq; Regnum, et tram prorsus amittant, et illam ad Romanā Ecc. libere
deuoluantur. quod si etiam retinuerit occupata nihilominus ad pleni de iuribus iniuris
et damnis illatis ad mandatum eiusdem Romani Pont. satisfacere teneamini alij quoq; heredes
tui si te, et dicti Ferdinandi Principis, seu eum vigore presentium dicto Ferdinando succedere

contingat ut qui uobis non succedent in Regno occupare, uel occupari facere super illis eandem
 ecclesiam non acceptent: illi uero qui securi fecerint premissas penas incurrant, ut eo ipso sint
 excommunicati, et tam ipsi, quam eorum posteritas in perpetuum ad successionem Regni, et terrae p^{tes}
 si in aliquo forte casu eadem successio deuolueretur: ad illos nullatenus admittantur, et Rex
 Siciliae: qui tunc erit teneatur assistere Romano Pont. contra ipsos, ut superius est expressum
 sanè omnibus ecclesijs tam Cathedralibus, quam alijs regularibus, et secularibus, nec non omnibus Prelatis
 et clericis, ac uniuersis personis ecclesiasticis secularibus, uel regularibus, et quibuscumque religio^{nis}
 Ecclesiam Romanam, et eius dispositionem libere reuertatur. descendentes
 aut ex ipso Ferdinando Rege, ac suis heredibus, et successoribus prefatis Mares,
 et femine in eodem Regno Siciliae, et hierusalem eis succedant. ita tamen, q
 masculi foeminis. et natu maiores minoribus in eodem gradu preferantur,
 et sic ordine in omnibus succ. obseruetur. volumus tamen filium, vel filiam filij
 vel filie maioris etiam in vita patris, et matris p mortui, seu p mortue in
 successione predicta semper patrio. uel matris, aut matris matris alijq transuersa-
 libus preferri in Regno uero Siciliae, et hierusalem predicto nullus succedat. qui no
 fuerit de legitimo matrimonio procreatus ad hec tum ipse Ferdinandus Rex, q in dicto
 Regno Siciliae, et hierusalem her. et succ. sub proprijs nominibus nobis, et succes-
 soribus nostris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, ac eidem Romane
 Ecclesie expressis suorum, et her. et succ. nominibus ligium, et homagium facient
 et dictum Iuramentum fidelitatis mentionem expressam de pntibus lris fauendo,
 pstant. ut pferitur huiusmodi aucte ligium, et homagium ipse Ferdinandus
 Rex, ac sui heredes, et successores facere, et Iuramentum fidelitatis prestare iux-
 subitam formam v3. Ipse Ferdinandus Rex per eum, vel procuratorem suum
 in traditione pntium lraz, que ei, uel eidem procuratori suo fiet in manibus nris, et
 cum ipsum de Regno pnto actualiter per traditionem dicti vexilli inuestiri contingerit
 in manibus commissarij nostri ad hoc propterea destinandi Inuestientis, ydem uero her.
 et succ. si Romanus Pontifex in Italia fuerit infra sex menses, si uero extra Italia
 esset infra annum. postq dicti Regni dominium adepti fuerint, teneantur, et singulis
 successoribus nostris ac eidem Romane Ecclesie renouabunt. tam ipsum ligium,
 et homagium. q etiam huiusmodi Iuramentum, in optione aut. et beneplacito erit
 Romani Pontificis, seu p. Ecclesie Ferdinandum Regem ac her. et succ. suos prefatos
 uocare ad prestandum personaliter Iuramentum fidelitatis, et ligium, ac homagium
 huiusmodi Romani Pontificis, ac Ecclesie huiusmodi, dummodo ad hoc illis tutus
 locus statuatur, et assignetur, vel Cardinalem ipsius Ecclesie, aut alium qui uice
 Romani Pontificis Iuramentum iuxta eandem formam, et homagium, ac ligium
 huiusmodi recipiat destinare. ipseq Ferdinandus Rex in nostris ex nunc, ut
 pferitur, et deinde in ipsius commissarij nri destinandi manibus Iurabit se ad hoc
 specialiter obligatus, et tam ipsi Ferdinandus Rex, q sui heredes, et successores
 nobis, et singulis successoribus nostris predictis, atq eidem Ecclesie quando pre-
 stabunt huiusmodi fidelitatis Iuramentum. Iurabunt se ad hoc specialiter
 obligatos q. v3, nunq ipse, et sui her. ac succ. p. per se, uel alius, seu
 alios quo cuq modo procurabunt, q ipsi, uel aliquis eorum eligatur, uel nominetur
 in Regem, uel Imperatorem Romanum, uel in Regem teuthonie, uel dominum
 Lombardie, uel turcie, uel maiorem parte carumdem Lombardie, et turcie.

et si electionem, uel nominationem ad Imperium, seu Regnum Romanum, uel Regnum
teuthonie, seu dominium Lombardie, uel tuscie, aut maioris partis huiusmodi de illis
celebrari contingerit, nullū huiusmodi nominationi, uel electioni assensum præstabunt, aut
se intromittent ullo modo in regimine ipsius Imperij, uel Regni Romani, seu theuthonie, aut
dominij Lombardie, seu tuscie, uel maioris partis earūdem ad quodcūq; eorum ipsi nominati
fuerint, uel electi, q; si ipse Ferdinandus Rex uel aliquis eius in dicto Regno sicilie hæ-
redem, et successorum studentibus, et procuratorib; eis ad imperium, seu dictū Regnum
Romanū, siue Regnum teuthonie, aut dominium Lombardie, seu tuscie, aut maioris
partis eorum electi, seu nominati fuerint, aut si post talem electione Imperij, uel Regni
Romani, seu Regni teuthonie, aut dominij Lombardie, uel tuscie, aut maioris partis
ipsorū Regimini se manifeste intromiserint sine expresso nostro, uel successorū
nostrorū prædictorū mandato, eo ipso a Jure Regni sicilie, citra farū huiusmodi
cadant ex toto illudq; prorsus amittant, et ad Romanam Ecclesiam prædictam
libere reuertatur, si autem ipse Ferdinandus Rex, uel aliquis ex dictis eius heredib; et
successorib; electioni uel nominationi, pro tempore facte, ipso non procurante, aut et
palam, uel occulte procurante forsitan consenserit, et q; huiusmodi electioni, et nomina-
tionem, seu Juri omnino renuntiet, et q; de imperio, seu aliquo Imperiorū, ad quod electus
seu nominatus fuerit nullatenus se intromittat monit; nisi infra quatuor mensiū
spatium post monitionem huiusmodi tali electioni, seu nominationi, aut Juri renun-
ciauerit, uel si de ipso Imperio, uel aliquo Imperiorū, ad quod electus seu nominatus
fuerit, se intromiserit quouomodo, sit eodem Regno sicilie, citra farum, ac omnino
prorsus eius Jure priuatus, et ut dictū est illud ad eandem Ecclesiam libere deuoluat.
Si uero ad eundem Ferdinandum Regem, uel aliquē ex suis in dicto Regno sicilie
hæredem, et succē, non possit talis monitio peruenire, super quo vtiq; impedimento, vbi, q;
monezi comode nequeat, credet, et stabit, a assertioni dumtaxat Romanæ Ponti-
ficis sufficiat monitio publica, et solemnis, itaq; si infra sex menses ipse Ferdinandus
Rex non renunciauerit, uel hæres, et successor, non renunciauerit, aut de imperio, seu
aliquo alio prædictorū, ad quod ipse, uel hæres, et successor sui electi, seu nominati
fuerint quomodolibet se intromiserit ex hoc cadat ab omni Jure dicti Regni sicilie, et
illud ad ipsam Romanam Ecclesiam libere deuoluatur. Ceterum si contingerit aliquē
de prædictis heredibus, et successorib;, qui deberet in prædicto Regno sicilie succedere in
Regem, uel Imperatorem Romanum, seu Regem theuthonie, uel dominium Lom-
bardie, seu tuscie, uel maioris partis eorū nominari, seu eligi, uel assumi nullatenus
ipsius Regni sicilie possessionem nanciscatur, uel habeat, nec se de illius Curia
seu dominio, aut regimine, uel alias aliquatenus intromittat, nisi prius Imperio
seu Regno Romano, seu Regno teuthonie, aut dominio Lombardie, seu tuscie, uel ma-
ioris partis eorum ad quodcūq; eorum electus, seu nominatus fuerit, uel assumptus,
et omni Juri sibi in illis competenti omnino renuntiet, et si eorū aliquod, siue de
Jure, siue de facto tenere ualuerit dictū Regnum sicilie citra farū omnino dimittat
ipsum nullo vtiq; tempore reassumpturus, cadatq; ab omni successione, et Jure, que
in ipso Regno sicilie citra farum sibi competeret ipso facto, itaq; illud ad eandem
Romanam Ecclesiam, eiusq; dispositione plenarie, et libere deuoluatur, quod si non
ex tanābus masculis femina in dicto Regno sicilie successerit illa Regi, uel Imperatori
Romano, seu in Regem, uel Imperatorem romanum electo ad eorū, uel maioris partis

eorum dominium nunquam matrimonialiter copuletur, et si contrarium fecerit, eo ipso cadat
 a dicto Regno sicilię ac prorsus ipsius Jure priuata sit illo ad eandem Ecclesiam
 deuoluto; si autem dictus Ferdinandus Rex, uel aliquis suorum in ipso Regno sicilię,
 citra farum heredum, et successorum contra hec uenerit, eo ipso excommunicatus, et insup
 labe, et perjury reatu respersus existat in huiusmodi quoque iuramento et per dictum Ferd.
 Regem de proximo faciendū ipse, et sui in dicto Regno sicilię heredes, et successores, quo
 tiens illud presterint addetur expressē, quod nullo unquam tempore Regnum, seu Imperium
 Romanum, aut Regnum teuthonicę, uel dominiū Lombardię, seu tuscię, aut eorum
 maioris partis, seu eandem Lombardiam, uel tusciam, aut maiorem partē eorū, perse
 uel aliū, seu alios occupabunt, capient, uel acquirunt, aut sibi alias quomodo libet
 uendicabunt sine nostra, aut successorū nostrōr, expressa voluntate, et assensu, et si secū
 fecerit, seu fecerint secundum predictā formam penas similes incurrat, et incurrant,
 quod aut dicitur de maiori parte dominiū Lombardię, seu tuscię intelligatur scienter,
 si uerō ignoranter eadem ad mandatum Ecclesię dimictere teneatur, et ipsi he
 redes, et successores teneantur, et si eum ad mandatum Ecclesię dimittat, seu di
 mictant non incidat, nec ipsi incidant in penam in isto articulo, et similibus constitutā,
 si uerō moniti, et moniti non dimittat, seu dimictant incurrat, uel incurrant penam,
 prout est in hoc articulo, et alijs constituta, quod si in posterum dictū Ferdinandum
 Regem, uel aliquem ex eius heredibz, et successoribz sicilię citra farum huiusmodi
 Regem contingat in Imperatorem eligi non transeat ad Imperiū, alioquin in penas
 incidat in hoc articulo, et alijs similibus comprehensas, quod si Regni ipsius possessione
 non habita, uel obtempta in Imperatore electo transire uoluerit ad Imperium
 in manibus Romani Pontificis, uel eius, quem Idem Pontifex duxerit destinandū
 filium successorum in dicto Regno sicilię cuiuscūq; fuerit et tatis, prius emancpet
 a dicto Regno sicilię renuntiet, nihil Juris in eo retinendo clam, uel palam
 nec etiam cuiuslibet patrię, uel alterius potestatis occasione ipsū filium ad
 subsidium, uel aliquid seruitium faciendū Juramento, uel uoto, stipulatione, uel
 facto sibi, uel suenonibus suis astringat, sicq; factus filius sui Juris ab eodem Ro
 mano Pontifice, uel alio destinato ab ipso proximo inuestiatur de dicto Regno sicilię
 ad cuius successionem si forte decederet sine liberis nullo unquam tempore Pater ueniat
 Imperator existens, sed si imperio, et omnibus, que ad ipsū imperium pertinent
 Idem Pater renunciare uoluerit, et ipso Regno sicilię tantum esse contentus,
 post renunciationem huiusmodi ad illius possessionē liberē admittatur, et tunc ab
 ipso Romano Pontifice, uel alio destinato ab eo inuestiturā recipiat dicti Regni
 sicilię, Idem uerō filius sic assumptus, si maior decem, et octo annis fuerit li
 berē administret, sed quamdiū minor extiterit tam ipsū, quā Regnum
 sicilię citra farum huiusmodi in custodia Romane Ecclesię remaneant, donec
 Rex ipse etatem compleuerit antedictā, fructibus nihilominus, et obuentionibz
 ipsius Regni sicilię ex quibus sumptus necessarij faciendi pro ipsi Regni custodia
 deducantur Regi conseruandis eidem, et lucro alteri ratione ipsius custodię
 non cessuris, que uerō de filio dicuntur, ut ei u3. Regnum sicilię huiusmodi
 possit sub obseruatione premissa a parte ad Imperium transeunte demicti de filia

etiam duximus statuendum. saluis alijs conditionibus suprascriptis. et si Rex non ha-
bens filios in Imperatorem electus ad imperiū transire uoluerit de personis quas supra-
diximus liberis non exstantibus in dicto Regno sicilię succedere possint aliqui
superstites fuerint. et que de filio. et de filia preordinamus. obseruetur in illis. excepto
emanipationis articulo. qui in solis illis procedere poterit. qui capaces emancipa-
tionis existunt ratione patrię potestatis. Declaramus et. q̄ si Regi sine filio decedenti.
superstites. sit filia. uel mulier. Alia. que iuxta p̄dictam firmam debeat ad hu-
iusmodi successi. admitti. et que imperatori. dum Rex ipse uiueret. fuerat disposita
uel nupta. illa non succedat. ut premittitur. et si dicto Regno sicilię sibi delatio Impe-
ratori nupserit. cadat protinus ab eodem. nisi uir eius Imperio prorsus Renuntians
ipro Regno sicilię. solummodo sit contentus in primo autem casu repulsis filia. et alijs pre-
dictis ad personas alias seruatjs gradibus dictū Regnū sicilię. perueniat. que preno-
tate sunt. qui in eodem Regno sicilię. possunt succedere. si Regi. uel Duci p̄mortuo
liberi non supersunt. in secundo autem casu Regnum ipsum sic ad eandem Romanā
Ecclesiam deuoluatur. illudq̄ imperio nullo modo subdat. seu sibi vltro unquam
tempore in eadem persona quomodo libet uniat. et precise super hoc articulo. tā per
penas spirituales. q̄ alias cautiones cauebitur. iuxta Ecclesię voluntatem. quomodo-
cumq̄ Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum. cum prorsus Intentionis sit Ro-
manę Ecclē. ut regnum ipsum sicilię citrasarum nullo unquam tempore uniat. ut
scilicet vnus Romanus Imperator. est sicilię Rex existat. quod aut circa unionem
huiusmodi cum Imperio dicimus. hoc ipsū circa unionem Regni teutonię. seu cum
Lombardiā. vel tusciā. siue cum maiori parte ipsarū lombardię. et tuscię. exceptis
supra expressis. intelligimus. et volumus eēdictū pro toto uero generali Censu dicti
Regni sicilię. et hierusalem octo milia ducatorum Auri ad p̄ndus ipsiq̄ Regni
in dicto Festo Beatorum Petri. et Pauli. ubicumq̄ Romanus Pontifex fuerit. ipsi
Romano Pontifici. et Romanę Ecclesię p̄dictos Ferdinandum Regem. ac suos
in Regno ipso heredes. et successores. annis singulis psoluentur. si uero Ferdinandus
Rex. uel heredes. et successores sui p̄ti quocumq̄ termino non soluerint integrē cen-
sum ipsum. et expectari p̄ duos menses terminum ipsū imēdiatē sequentes. de illo
ad plenum non satisfecerint eo ipso erunt excommunicationis uinulo innodati. q̄ si
secundo termino infra alios sequentes duos menses sine diminutione qualibet censum
eundem non psoluerint. totū ipsū Regnum sicilię citrasarū. Ecclesiastico erit suppositū
interdicto. si uero. nec in tertio termino. nec infra alios duos menses proximos p̄ plena
satisfactionem illius eiusdem census sibi duxerint consulendum. itaq̄. transactis eodem
tertio termino. et duobus proximis sequentibus mensibus non sit censu huiusmodi primi
termini ipsi Romanę Ecclesię integrē satisfactum ab eodem Regno sicilię citrasarum
illiusq̄ Jure ex toto cadant. illudq̄. ex tunc ad eandem Romanā Ecclesiam integrē. et
liberē reuertatur. si autem de censu huiusmodi primi termini infra dictum certū terminū.
et duos sequentes menses plenarie satisfecerint. nihilominus semper pro eodem
censu singulorū terminorū pari modo si in illius solutione cessauerint. uel illum nō
soluerint similes penas incurrant. saluis alijs penis. et processibus. qui. uel
que de Jure inferri. uel haberi potuerunt per Romanū Pontificem in hoc casu in

quolibet et triennio ipsi Ferdinandus Rex eiusq; in dicto Regno sicilię et Hierusalem
 heredes. et successores dabunt nobis. et successoribus nris Romanis Pontificibus canonice
 intrantibus unū palafredū albū pulchrū. et bonū in recognitione veri domini ipsius
 Regni sicilię hierusalem huiusmodi possideat. et in eo plenam obedientiā habeat. et
 illius verus Rex censeatur pro inuestitura huiusmodi ex nunc sub infrañs terminis soluet
 nobis et pfate Romanę Ecclesię quinquag^{ta} milia marcarū sterlingorū vsq; infra
 sex menses proximi venturos decem milia. et infra singulos alios sex menses post
 eodē primos sex menses successiue computandos singula alia decem milia marcarū
 vsq; ad totam summam quinquaginta milia marcarū sterlingorū huiusmodi. donec ita
 ipsa summa p eundē Ferdinandum Regem aut nomine suo nobis et eidem Ecclesię
 fuerit soluta. q; si in eisdem terminis illas non soluerit. liberū erit nobis. uel eidem
 Romanę Ecclesię contra eum pro singulis terminis ad penas spirituales. et temporales
 procedere. prout nobis. uel ipsi uidebitur expedire quādo cūq; tam Romanus Pon-
 tificis. qui pro tempore fuerit asseruerit. uel dixerit Romanam Ecclesiam indigere
 itaq; super indigentia huiusmodi Romani Pontificis simplici verbo stetur. ipse Ferdi-
 nandus Rex. uel sui in dicto Regno sicilię heredes. et successores requisiti
 ab eo in urbem in Campaniam in Prouintiam Beati Petri. intrusiam. in du-
 catum spoletinum in marchiam Anconitanam ad premiam ciuitatem Beneuen-
 tanam. et eius territorium. ac pertinentias. que ut pfertur. eidem remanebūt
 Ecclesię. ac in perusina Ciuitatis Castelli Bononię. et pro cuius recuperatione
 ac castiganda. et comprimenda superbia. ingratitudine. et inobediencia. ceterisq;
 erratis grauib; Alfonsi Ducis ferrarię. qui beneficiorum a p^{ta} Ecclesia in do-
 mū estense et progenitores suos. et nuperime a nobis in eū multipliciter collatorū
 peritus oblitus. et immemor in reprobu sensū datus. ueluti ingratus filius contra
 nos. et pfatam Romanā Ecclesiam dominā. et matrem suam cornua erigere non
 est uerit; ac contra quoscumq; cuiusuis conditionis existentes. qui dictū Alfonsū in
 pmissis contra nos defenderent. protegerent. et tuerentur ad pns maxime indigemus. et
 indigere declaramus. Proptereaq; dictum Ferdinandū Regem ad nobis. et eidem
 Romanę Ecclesię in huiusmodi necessitate infrascriptum equitum subsidiū exhibē-
 bendum enixe requirimus ferrarię. et auinionē. ciuitates nostras ac comitatus
 venayū. et in omnes alias terras ipsius Eccl^s ubicūq; consistentes tricentos mi-
 lites equites. et Armis decenter munitos. et paratos. itaq; unusquisq; ipsorū habeat
 quatuor equitaturas. uel tres ad minus in Ecclesię plibate obsequiū. et subsidiū
 transmittet. et transmittent p tres menses integros ipsius. et suorū pdictorū in dicto
 Regno sicilię citrasarum heredum. et successorū sumptibus. et stipendijs semel tñ
 in anno in seruitijs eiusdem Ecclesię moraturos mensibus ipsis a die qua ydem
 milites terram sui domini; uel fines sui distric^t egressi fuerint p vulgares. et so-
 litas dietas computandis. etsi maluerit Ecclesia eadem in prouente necessitate sup
 qua stetur verbo Romani Pontificis. ut nullum est nauale exercitū iuuari pdicti
 milites debita taxatione. et recompensatione p̄habita in nauale subsidiū conuer-
 tentur. verū quia pdicta Ciuitas Beneuentana. quā habemus ipsa Ecclesia
 Romana sibi retinuit. et in suo dominiū cū omnib; suis iurisq; et pertinentijs

reseruauit. et totū tenimentum ciuitatis eiusdem cū finibꝫ eius antiquis. quos Romanus Pontifex quandoquē semel tantū sibi placuerit bona fide sibi distinguet eidem Ecclesie. et in eius proprietate liberē remanebit nullo Jure in eis eidem Ferdinando Regi. uel cuiuscūqꝫ alij de Regno sicilię predicto retento. seu quomodolibet reseruato distinctionibꝫ per Romanum Pontificem semel faciendę ut dictum est stabunt. ipse Ferdinandus Rex. ac sui in dicto Regno sicilię heredes. et successores absqꝫ contradictione. seu refectione quacūqꝫ. prout ipsa distinctio per lras Apostolicas apparebit pro dicta quoqꝫ ciuitate Beneuentana reparanda. resicienda. et fortificanda p Romanā Ecclesiam exponēt p septennium pro lignaminibꝫ omnia nemora ipsiqꝫ Regni sicilię. et omnem materiam ad edificia oportunam. ut puta lapides. et Arenā. que puteolana uocatur eementum. et similia ut sine spulditio Juris singularum personarum ad unam dietam propē beneuentū hstabunt et ipsis Beneuentanis iurisdictionem p Regnū sicilię. insuper priuilegia in dicta ciuitate a Regibus. et Principibꝫ concessa illicata seruabunt omnia statuta p qꝫ Federicū olim Romanum Imperatorem. seu quoscūqꝫ alios Reges facta contra libertatem ciuitatis eiusdem reuocabunt. et in omnibus. et per omnia que libertatis fuerint ceteris regnicollis pacificabunt illā. nec alia statuta. seu aliqꝫ leges condent in posterum p que ditte Ciuitati directē. uel indirectē possit iudicium generari. et pro Apostolice sedis. et Beati Bartholomei patroni ciuitatis eiusdem Reuerentia. fidentias ab omni bꝫ remitti facient. et remittent eidem fidentiarum autem remissio est concessio libertatis. ut siues beneuentani possint liberē vineas. et terras vendere. et de ipsis pro sui uoluntate disponere sine aliqua exactione. uel numeris donatione. ipse autem Ferdinandus Rex. et dicti sui in Regno sicilię huiusmodi heredes. et successores in dicta ciuitate. et eius territ. ac pertinentijs suis. que Romane Ecclesie remanebunt. uel in urbe seu campania. uel maritima seu ducatu spoletan. aut Marchia Anconitana. uel in Patrimonio Beatri Petri. et tuscia in ciuitatibꝫ perusinen. ciuitatis Castelli Bononien. ferrarien. Aminionen. et comitatu venosian. seu in alijs quibuscūqꝫ dominijs siue feudis ipsius Ecclesie ubilibet constitutis ex successione. uel legato. donatione. uel uenditione. aut alio quocūqꝫ Jure siue titulo siue contractu nihil unqꝫ eis acquirant. uel uendicabunt. seu poterunt acquirere. uel quomodolibet uendicare. et nihil unqꝫ recipiant. uel habeant. aut retineant. seu poterūt recipere. uel ei retinere. aut nullā potestatiā. Capitaniā. uel rectoriā nullūqꝫ alium honorem. nullam dignitatem. seu potestatem senatoriā. uel quancūqꝫ alia administrationem. uel comendam. nec non quodcūqꝫ aliud officiu recipiant. seu recipere poterūt in eisdem. hoc autē intelligimus de illis her. ipsius Ferdinandi Regis ac suor. in dicto Regno sicilię heredū. et succ. qui in eodem Regno sicilię citra farum succedent. nolumus enim qꝫ delictum alior. heredū. et successorū. qui succedent eidem Ferdinando Regi. uel illis in ciuitatibꝫ. et alijs terris suis. uel eor. in penam illius. qui est eidem Ferdinando Regi uel heredibus. et successoribꝫ eius successurus in Regno sicilię citra farū p facta aliquatenus extendatur. ne uerō huiusmodi alij heredes. et successores ipsius Ferdinandi Regis uel heredum. et successorū suor. contra ea. que in isto continent. articulo aliquo forsan tempore uenire presumant. acquirendo. uel uendendo. aut

recipiendo . uel habendo . seu retinendo sibi aliquid in terris in articulo ipso expressis
 seu compensatis . uel recipiendo . habendo . uel retinendo in terris eidem . potestariam .
 capitaniam . uel rectoriam seu aliquid aliud de hijs . que in articulo continentur eodem
 sic super hijs diximus prouidendum . ut . v3 . nulli et huiusmodi aliorum heredum .
 et successorum dicti Ferdinandi Regis . nec ipsi ullo unquam tempore liceat sibi quicquam
 in eisdem terris acquirere . seu uendicare . percipere . habere . uel ei retinere po-
 testariam . seu Capitaniam . uel rectoriam . aut aliquid aliud in hijs . que prout
 dictum est in eodem art . plenius continetur quicumque aut ipsorum secus presump-
 serit . eo ipso excommunicatus existat . nec ipse . nec eius posteri in perpetuum
 possint in eodem Regno sicilie citra farum succedere . si aliquo casu huiusmodi
 successio deferatur . sed ab illo repellantur omnino . et nihilominus ille . qui
 tunc eiusdem Regni Sicilie citra farum gubernaculo preesidet Romano Pontifici
 assistere teneatur . si uero dicti Ferdinandi Regis in ipso Regno sicilie heredes . et
 successores predictam ciuitatem beneuentanam . ac territorium et partem eiusque remanebunt
 Ecclesie . uel aliqua partem eorum . aut Campaniam . seu maritimam . uel urbem
 uel Ducatum spolentanum . aut Maritimam Anagninam . seu patrimonium Beati
 Petri in tuscia . aut ciuitates perusine . ciuitates castelli Bononiense . Ferrariense . uel
 auinionense . aut comitatum venetiarum . uel alias quascumque terras Romane Ecclesie
 ubilibet constitutas . uel ipsarum aliquam partem occupauerint . seu occupari fecerint .
 seu super hijs offenderint . uel molestauerint Ecclesiam . seu fecerint molestari et
 postquam desuper a Romano Pontifice moniti et requisiti fuerint . uel si comode
 moneri . uel requiri nequuerint iuxta ipsius Romani Pontificis assertionem . uel
 dictum . postquam ad hoc publice . et solemniter ipsum Ferdinandum Regem . uel dictos
 eius heredes . et successores monuerint infra tres menses non restituerint integre omnia
 occupata . eo ipso ab ipsius Regni sicilie citra farum iure cadant totaliter ipsarumque
 Regnum sicilie prorsus amittant . illudque ad Romanam Ecclesiam libere de-
 uoluatur . quod si etiam restituerint occupata . nihilominus ad plenum de
 uniuersis iniurijs . et damnis illatis ad mandatum eiusdem Romani Pon-
 tificis satisfacere teneantur . alij quoque heredes . et successores dicti Ferdi-
 nandi Regis . v3 . qui ei non succedent in Regno sicilie citra farum predicto occu-
 pare . uel occupari facere super illis eandem Ecclesiam non attemptent . illi
 uero . qui secus fuerint . premissas penas incurrant . ut v3 . eo ipso sint ex-
 communicati . et tam ipsi . quam eorum posteritas in perpetuum ad successionem
 Regni sicilie citra farum preest . si in aliquo forte casu eadem successio deuoluatur
 ad illas nullatenus admittantur . et Rex sicilie . qui tunc erit . teneatur assistere
 Romano Pontifici contra ipsos . ut superius est expressum . sane omnibus Ecclesijs
 tam cathedralibus . et metropolitanis . quam alijs etiam regularibus . et secularibus .
 nec non omnibus prelatibus . et clericis . ac uniuersis personis Ecclesiasticis . secula-
 ribus . uel regularibus . et quibuscumque religionis dicti Regni sicilie plenarie com-
 mittantur . et restituantur integre omnia bona eorum immobilia a quibuscumque
 ablata . uel occupata sint . et per quoscumque detineantur mobilia . que extant . et

poterunt inueniri simili modo restituantur eidem. hec aut restitutio fiat absq[ue]
conditione, uel difficultate qualibet, sicut nanciscuntur p[ro] Regni scilicet possessionem
hoc modo scilicet q[uod] statim in illa parte ipsius Regni sicilie, que eidem Ferdinando Regi
uel ipsis heredibus, et successorib[us] obediatur restitutio ipsa fiat, ipsamq[ue] post-
modum successiue consumabitur, sicut Regnu[m] sicilie huiusmodi habebitur.
ne autem super hijs rebus restituendis oriri possit aliqua difficultas deputabuntur
a Romanis Pontifibus aliqui uiri discreti ad quorum mandatum, et arbitriu[m]
bonorum, et reru[m] mobilium, et immobilium que extant, restitutio plena fiet
itaq[ue] eadem, de quoru[m] dominio, seu proprietate, uel possessione notorium fuerit
ad eoru[m] arbitriu[m], et mandatu[m] max[ime] reddentur. In dubijs uero per ipsos de
plano, et absq[ue] iudicij strepitu diligentius ueritas inquiretur, sufficiat autem
uocari camerarium, uel procuratorem, aut baliu[m], in cuius iurisdictione, uel
baliua, bona de quib[us] agitur consistunt ad uidentium iurare testes, qui in hu-
iusmodi depositione deponent, omnes insuper Ecclesie, tam cathedrales etiam
metropolitan[as], q[ue] alie seculares, et regulares, nec omnes prelati, et clerici, ac
uniuersa persone Ecclesiastice seculares, et Religiose, et quecumq[ue] Religionis loca
in dicto Regno sicilie circa farum consistentia cum omnibus bonis suis in electionibus,
postulationibus, nominationib[us], prouisionib[us], quas saluis reseruatiomb[us] Apostolicis
fieri contingerit, et omnibus alijs plena libertate gaudebunt, nec ante electionem, siue
in electione, uel post ipsius Ferdinandi Regis assensus, ac consilium aliquatenus
requiritur, quam utiq[ue] libertatem dictus Ferdinandus Rex et sui in ipso Regno
sicilie heredes, et successores semper manutenebunt, et conseruabunt, ac manu-
tineri, et conseruari facient ab omnibus subditis suis dicta Ecclesie, et persone,
utantur libere bonis, et iuribus suis saluis, eodem Ferdinando Rege, et suis
in eodem Regno sicilie heredibus et successoribus Iure patronatus in Ecclesijs
tantum quantum in hac parte patronus Ecclesiarum canonica Instituta
concedunt, ubi antiqui Reges in ipso Regno sicilie huiusmodi Ius patronatus
in ipsis Ecclesijs habebant omnes etiam cause ad forum Ecclesiasticu[m] in dicto
Regno sicilie circa farum pertinentes libere, et absq[ue] nullo Impedimento agita-
bantur, tractabantur, et ventilabantur, et amodo ordinario, et alijs Ecclesiasticis
Iudicijs et terminabuntur per eos, et si ad sedem Apostolicam pro huius-
modi causis appellari contingerit, tam appellantes, q[ue] appellati ad eandem
venire sedem pro appellationum prosecutionib[us] libere, et absq[ue] inhibitione,
aliqua permittantur, sacramenta uero fidelitatis prestabuntur secundum
antiquam, et rationabilem consuetudinem, prout canonica Instituta permittunt
ab illis Ecclesiarum prelati quorum predecessores antiqui illa sicilie Regi
prestiterunt, ab illis aut prelati, et Ecclesijs qui Regalia siue temporalia
bona tenent, si tamen sint, qui huiusmodi sunt bona teneant a d[omi]no Regni
sicilie, et alijs dominis temporalib[us], et qui ratione huiusmodi rationis ab
antiquo consueuerunt ipsis Regibus, et Dominis temporalib[us] seruitia exhibere
huiusmodi honesta, et antiqua seruitia, secundum rationabilem, et
antiquam consuetudinem, et sicut instituta patiuntur canonica inpendent,
salua tamen Romani Pontificis, et Apostolice Sedis auctoritate, et iurisdi^{ne}.

plenaria, et libera potestate circa Ecclesiasticas, et alias regulares, et seculares personas et loca Ecclesiastica persona predicta, tam in faciendis provisionibus, et electionibus confirmandis, quam quibuscumque alijs concessionibus, et gratijs, ac super eis conficiendis literis apostolicis, quas cessante omni impedimento per eos, seu officiales et subditos suos obstantes permittent liberè, et absolutè exequi debite demandari, quinimò obstantes impedimentum, aut renitentes et inobedientes compuniet, et punient, ac ad obedientiam, et Reuerentiam literis Apostolicis exhibendam compellent, et constringent, et requisiti manu militari, prout ipsarum literarum exequutori Iudici, seu Nuntio videbitur assistent remedijs opportunis reuocabunt, etiam ipse Ferdinandus Rex, et sui in dicto Regno sicilie citra farum heredes, et successores omnes constitutiones, et leges per clarè memoriè Federicum Regem, siue per contadum ipsius Federici Regis Filium, aut Manfredum quondam Principem Tarantinum, seu per clarè memoriè Joannam Reginam, uel alios Reges aut Reginas dicti Regni sicilie citra farum, seu alios quoscumque editas contra Ecclesiasticam libertatem, nec statuta edent, aut consuetudines introducent, seu etiam promulgabunt, per que Iuri, et Ecclesiasticè libertati in aliquo derogetur, promittent et, quod nullus clericus, aut persona Ecclesiastica eiusdem Regni sicilie citra farum in civili, vel criminali causa ad faciendum fidem de titulo, uel possessione clericatus conuenienter coram Iudice seculari, nisi super feudis Iudicio petitorio conueniat, sed omnia Ecclesie monasteria, hospitalia, et alia pia, et Religiosa loca, ac beneficia, et personè Ecclesiasticè Regni sicilie, predicti omnimodè erum liberè, et libera, ac in nullo Regi, aut Principi subiacebunt, nullas Insuper tallias, seu collectas Imponent Ecclesijs, Monasterijs, locis, et beneficijs predictis, aut clericis, et personis Ecclesiasticis seu rebus eorum, et in Ecclesijs in dicto Regno sicilie vacantibus ipse Ferdinandus Rex, uel predicti sui in dicto Regno heredes, et successores nullà habebunt regalia, nullosq; fructus, redditus, et proventus, nullasq; etiam obventiones, et nullas prorsus alia recipient ab eisdem custodia Ecclesiarum earundem Interim libera remanens p̄ner personas Ecclesiasticas iuxta canonicas sanctiones, Comites uero barones, milites, et uniuersi homines totius Regni sicilie p̄t̄i uiuent in ea libertate, et habebunt illas immunitates, illasq; priuilegia, et eis p̄uidebunt, quas, et que tempore clarè memoriè Gulielmi secundi Regis sicilie, et alijs antiquis temporib; habuerunt omnes exules Regni p̄t̄i cuiuscunq; conditionis existant ad mandatum Romane Ecclesie reuertantur ad Regnum sicilie citra farum huiusmodi, ipsiq; de bonis, et Jurib; eis debitis restitutio plena fiet, in huiusmodi autem restitutiones secundum prescriptam formam in capto de bonis Ecclesiarum restituendis contentam, tam in notorijs, quam in dubijs procedetur, omnesq; captiuos, et obsides, qui tenentur in Regno p̄t̄o Roman. et Regniculos, ac alios de terris Ecclesie, seu tuscis, uel lombardos, et alios quoscunq; restituent eorum libertati pro posse, Ius etiam, quod quicunq; Romane Ecclesie fideles in ciuitatibus, terris, et castris, villis, seu locis


a sede Apostolica seu Regibus, seu Principibus sibi concessu obtinent, nec no
Jus quod privati a Jure, vel per processus apostolicos olim habebant, si eos
ad illud apostolica auctoritate legitime restitui contingat, etiam penitus saluū
erit, nec p pntem Regni concessionem, comitatuū, seu aliorum concessorum
huiusmodi cuiuscūq; eorum, quō ad proprietatē, et possessionem prejudiciū aliqūd
generetur, regie Jure eidem Ferdinando Regi in hīs omnibus semper saluo, nullā
etiam considerationem, seu pactionem, uel societatez cū aliquo Imperatore, uel
Rege, seu Principe, uel Barone Christiano, Greco, uel Saraceno, aut cū aliqua
Prouincia seu ciuitate, aut comunitate, siue aliquo loco scienter contra Ro-
manā Ecclesiam uel eius dominiū facient, et si secus fieret, quōd factū fuerit
sit ipso Jure nullum, et si eā fecerint ignoranter, nihilominus quatenus de facto
fecerint indilate teneantur ad mandatu Ecclesie reuocare, deniq; omnes pre-
missas conditiones, que in persona ipsius Ferdinandi Regis apponentur, circa
suos etiam in dicto Regno sicilie, citra farum heredes, et successores intelli-
gimus, et volumus esse dictas, saluis omnibus, que circa alios suos heredes
ordinata sunt, prout superius est expressum: ceterū quia in quibusūq; articulis
seu capitulis predictis conditionū continetur expressē, quōd in certis casibus ipse Ferdinandus
Rex et sui p^{ri} heredes, et successores excommunicationis sententiam incurrant, et Regnū
sicilie citra farū huiusmodi, ac sue et suorum heredum, et successorū terre sint
Ecclesiastico Interdicto suppositi, et ad Romanā Ecclesiam libere deuoluantur,
nos huiusmodi sententias, v^z excommunicationis in ipsū Ferdinandum Regem, ac
eodem heredes, et successores ac interdicti in Regnū sicilie huiusmodi, si sua, uel
eorū culpa huiusmodi casus euenierit de predictorum fratru consilio ex nunc aucto-
ritate apostolica tenore premissi promulgamus, forma autem Juramenti p^{ri} p
ipsū Ferdinandum Regem, et suos in dicto Regno sicilie citra farū heredes, et
successores, ut p^{ri} fertur p^{ri} standi talis est: Ego Ferdinandus Dei Gratia Rex
sicilie citra farum, et hierusalem plenum homagiū, ligiū, et vaxallagiū faciēs
vobis domino nostro, domino Julio Pape secundo, et Ecclesie Romane pro
Regno sicilie, et hierusalem, ac tota terra, que est citra farum, uig ad confinia
terrarum ipsius Ecclesie, excepta ciuitate beneuentana, ac toto territorio, ac
omnibus districtibus, et pertinentijs secundū antiquos fines territorij pertinemiarū,
et districtus ciuitatis eiusdem per Romanos Pontifices distinctos, et in posterū
distinguentes ad hac hora in antea fidelis, et obediens ero Beato Petro, et
uobis dno Julio PP. 2.º uestrisq; successoribus Romanis Pontificibus canonicē
intransibus, sancte Ap^{osto} Romanę Ecc^{lesie} non ero in consilio, consensu, uel facto
ut uitam perdati, seu perdant, aut membrū, seu capiamini, uel capiantur mala cap-
tione, consilium uero, quōd mihi credituri estis p uos, aut nuntios uestros, uel p^{ri}as ad
uestru, uel eorū damnum scienter nemini pandam, et si sciuerō fieri, uel procurari, seu
tractari aliquid, quōd in uestrum, uel eorum damnum cedat, illud pro posse impediam,
et si hoc impedire non poterō, illud uobis, uel eis significare curabo, Papatu Romanū
et Regalia s^{an}cti Petri tam in Regno sicilie p^{ri}to, q^{uam} alibi consistentia adiutor uobis, et
eis ero ad retinendum, et defendendum, ac recuperandū, et recuperata manutenendū.

contra omnem hominem vniuersas, et singulas conditiones supra scriptas contentas
 in partibus litterarum Apostolicis super ipsius Regni, et terre concessionem confectis, ac omnia
 et singula, que in eis continentur plenarie adimplebo, et inuiolabiliter obseruabo, et
 nullo unquam tempore ueniam contra ea, non procurabo per me, uel alium, seu alios quo-
 quomodo, ut eligat, uel nominet in Regem, uel Imperatorem Romanum seu Regem Theutonie,
 aut ducem Lombardie, uel tuscie, et si electionem uel nominationem ad imperium, uel
 Regnum Romanum, seu Regnum theutonie, uel dominium Lombardie, seu tuscie, aut ma-
 ioris partis eorundem de me celebrari contingat nullum huiusmodi electioni seu nominati-
 onem assensum prestabo, nec intromittam me modo aliquo de eorum, uel alicuius eorum regi-
 mine, nec de ciuitate beneuentana, et suis territorijs districtibus, et pertinentijs, seu
 campania, neque de maritima ducatu spoletanum, Marchia anconitanum, patrimonio Beati
 Petri in tuscia, et massa trebana Romundiola Aluia urbe in ciuitatibus perusinum, ci-
 uitatis castelli bononiensem, Ferrariensem, Auinionensem, et comitatu venaysiensem seu alijs
 terris quibuscumque ueris, et feudis ipsius Ecclesie ubilibet constitutis, ex susceptione, uel
 legato, seu donatione, aut uenditione, uel alio quouis titulo, uel contractu, nihil unquam
 mihi acquiram, seu uendicabo, uel potero acquirere, uel quomodolibet uendicare,
 et nihil unquam recipiam, uel habebam, seu retinebam, uel potero recipere, habere, uel et
 retinere in illis, nec ullam potestatem, capitaniam, uel rectoriam, nullamque aliud officium
 recipiam, seu recipere potero in eisdem, seu ipsorum aliquo, nec etiam occupabo, uel
 occupari permittam, seu faciam permittam, uel partem aliquam eorundem, neque illam offendam
 uel molestabo, neque et Romanam Ecclesiam quouomodo sub censuris penisque spiritua-
 libus, et temporalibus in supradictis conditionibus, et in feudatione contentis, quas hic
 habere uolo in singulis suis partibus, alias pro specificis repetitis, et expressis scismatico
 aut heretico cuiuscumque, uel a fide deuiis, et ab ipsa Ecclesia pisco, eiusque sequacibus,
 et dantibus eius auxilium, consiliu, uel fauore non dabo quouismodo per me, uel alium
 seu alios directe uel indirecte, publice, uel occulte, auxilium, consiliu, uel fauore
 neque ab alijs quantum in me fuerit, si impedire poterit, dari permittam, sed eos iuro
 posse meum, donec conuertantur persequar, et impugnabo, sic me deus adiuuet, et hęc
 sancta dei Euangelia, ipse et Ferdinandus Rex, ac dicti sui in eodem Regno sicilie,
 citra farum heredes, et successores dabunt priuilegiu eorum nobis et dilectę Romanę Ecclę
 aurea bulla bullarum, in quo proprio Iuramento fatebuntur, et recognoscent Expresse
 Regnum sicilie et Hierusalem, ac totam terram eor, que est citra farum usque ad confinia ipsius
 Ecclesie Romanę, excepta ciuitate beneuentana cum territorio, ac districtibus, et per-
 tinentijs suis, que Ecclesie remanebit eidem ex sola gratia, et mera libertate sedis
 Apostolicę, et nra, sibi, suisque heredibus, et successoribus fuisse concessa, ipsorumque recipere
 et tenere Regnum sicilie et terram huiusmodi a nobis et dicta Romana Ecclesia
 sub pactis, modis, et conditionibus supradictis, nolumus aut per partes in ceteris,
 et supradictis quorumque aliorum iuribus si qua eis in Regno sicilie, et terra partim
 quomodolibet competam in aliquo ullatenus derogari, nulli ergo omnino hominum
 liceat hanc paginam nostrorum decreti, cassationis, irritationis, annullationis, sta-
 tuti, declarationis, nuntiationis, relaxationis, coniunctionis, repositionis, re-
 stitutionis, reintegrationis, concessionis, et largitionis, uoluntatis promulgationis,

et derogationis infringere uel ausu temerario contraire. si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datu Romae apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominice Milleimo quingentesimo decimo, quinto nonas Julij Pontificatus nostri anno septimo.

Ego Julius catholice

Ecclesie Episcopus; B. de comitibus Sigismundus.



- + Ego O. S. R. C. cardinalis ostiense manu propria subscripsi /
- + Ego R. Episcopus portuense cardinalis s. Georgij camer, manu propria
- + Ego D. Episcopus tusulanus cardinalis s. Martij
- + Ego Ia. u. s. clementis presbiteri car. Arbores subsci.
- Ego P. u. s. cyriaci presbiteri car. Reginus subsci
- Ego F. u. s. Joannis et Pauli presbiteri car. surren.
- + Ego Jo. basilice xy. ap. presbiteri car. vult. /
- + Ego Th. u. s. priscie presbiteri car. de flisco
- + Ego M. u. s. marie intras tiberim presbiteri car. senipl.
- + Ego R. u. s. Anastasie presbiteri car. nanatense.
- Ego l. u. s. Marcelli presbiteri car. borgie maior penit.
- + Ego F. car. papie.
- + Ego Jo. s. m. in dominica diaconus car. de medicis manu propria
- + Ego A. s. Eustachij diaconus car. de Farnesio manu propria /
- + Ego l. s. m. in cosmodin diaconus car. de Arap. manu propria
- Ego A. s. nicolai in carcere diaconus car. de albrado
- Ego M. s. m. in porticu diaconus car. cornelius
- Ego s. s. m. noue diaconus car. de Gonsaga. /

Die xxix. mensis maij. 1516. p[ri]m[us] copia sup[er]e bulle comprobata est cu[m] originali bulla que in p[re]s[en]tia, conseruatur p[er] m[an]u[m] christoforu[m] bresogna p[er] eum ostensa ordinat[ur] Ep[iscop]us Hier[onymus] de fran[co] loc[us] B[er]o. Cam[er]ac[us] sum[us] et de verbo ad verbu[m] concordat. et in fidem p[re]s[en]tis Ex[em]pl[aris] d[omi]n[us] loc[us] se sua propria manu subscripsit. vna cu[m] subscrip[ti]o[n]e mei Jacobi de raparijs ipsius Cam[er]ac[us] actoru[m] m[er]iti substituti Datu[m] neap[oli] in eade[m] B[er]o. Cam[er]ac[us] sum[us] die et anno, vt supra / Hier[onymus] de fran[co]. l. m. c.

Vide solutionem census factam pro ser[uitu]m catt[olice] d[omi]ni n[ost]ri Rege Philippo sanctiss[imo] Pape Pio in anno 1564 que est registrata in l[ib]ro, rep[ar]atu[m] xi. fol. 127. p[er] manus H. d. Loisy requesens comen[dit]is maioris Regni Castellę oratoris p[re]s[en]tis Catt[olice] M[ag]ist[ri] apud eundem sanctissim[um] Papam. /

S Julius Episcopus seruus seruorum Dei ad Perpetuam rei memoria Apostolice
 sedis prouidentia circumspecta fideles omnes liberalitatis sue dextera libenter
 complectitur. sed erga Catholicos Reges et Principes quorum studia. et conatus in
 orthodoxe fidei exaltationem diuini nominis gloriam. et uniuersę Christianę
 Reipublicę amplitudinem semper intendunt. et quorum ad Romanę Ecclesiam
 constantis fidei probata sinceritas. et singularis deuotionis affectus obseruatiua
 et Reuerentia in eiusdę sedis conspectu clarere noscuntur. munificentię sue dona
 largius effundit. Iustumq; et debitum arbitrat; ut quam iudem Reges. et Prin-
 cipes. ex eor; bene beateq; gestis apud Deũ gratiam meruerint. etiam eius vi-
 carij in terris erga se. et eorũ posteros officiosa largitate cognoscant. Nuper igitur
 nos Regnũ sicilię. et Hierusalem cum tota terra citra farũ. usq; ad confinia
 terrarum dicte Romanę Ecc; quę ad nostrum. et eiusdem Romanę Ecclesię Jus.
 proprietatemq; pertinet. ciuitate nra. beneuentana. illiusq; territorio. et districtu
 exceptis tunc certo modo ad nos. et dictam Ecclesiam deuolutũ. seu alias ad Romanę
 Pontificis dispositionem ptinens cũ omnibus Iuribus. et ptinentijs suis. Car^{mo} in xp̄o
 filio nro Ferdinando Aragonię. et vtriusq; sicilię. et Hierusalem Regi catholico pro
 eo. eiusq; liberis. heredibus. et successorib; in Regno Aragonię. tam masculis. q;
 feminis ex eo recta linea descendentibus. natis. et nascituris de venerabilium
 fratrum nostrorum consilio pariter. et assensu. ac ex certa nra scientia. et de Apost^{re}
 potestatis plenitudine in feudum perpetuũ concessimus. et elargiti fuim; volentes
 inter cetera. q; pro toto generali censu dicti Regni sicilię citra farum. et Hierusalę.
 dictus Ferdinandus Rex. eiusq; liberi. heredes. et successores prefati octomilia
 vntiarum auri ad pondus ipsius Regni in festo Beatorũ Petri. et Pauli Aposto-
 lorum ubicumq; Romanus Pontifex foret ipsi Romanę Pontifici. et Romanę
 Ecclesię annis singulis subcertis tunc expsis censuris. et ipsius feudi amissionis
 ac alijs penis. et in quolibet triennio vnum Palastrum Album pulcrũ. et bonũ
 in recognitionẽ veri domini eiusdem Regni sicilię. et Hierusalem eiusdem Pontifici
 Romanę. et Ecclesię Romanę. nec non pro qualibet inuestitura de eodem Regno
 sicilię citra farum ipsi Ferdinando Regi per nos tunc facta. et in posterum
 eius liberis heredibus. et successoribus pdictis successiue faciẽda summam
 quinquaginta millũ marcar; sterlingor; in certis terminis etiam tũc expsis
 soluere. et assignare tenerentur. prout in nostris alijs confectis lris. quarũ
 tenores. ac si de uerbo ad uerbum p̄sentibus inserentur haberi uolumus pro
 expsis plenius continetur. Nos igitur attendentes labores immensos. et
 grauiã discrimina. que in eius propria. et suorum subditorum personis.
 pfatus Ferdinandus Rex. in saracenor; qui prout. et Almerię Regna.
 a saracenis ipsis Africam incolentibus breuissimo fœti spatio distincta in
 totius Europę dedecus. et amduam fidelium stragem per tot secula occupa-
 rant. et in pluzimum tam insularum q; continentium terrarum et populorũ
 Indici maris expugnatione. et ad xp̄i vexillum reductione ab ipsa
 penę infantia et superioribus annis in dicti Regni sicilię citra farum.

ab eorum manibus . qui illud indebitè occupabant recuperatione subiit . ac
inestimabilem pecunię quantitatem . quam inde exposuit . nec non prouen-
tium suorum non parvam Iacturam . quam in expulsionè ab omnibus eius
Regnis . et dominijs Iudeorum qui Regna . et dominia ipsa hereticę prau-
tatis liuore fedauerant . susceptum quoq; per eum nuper constanti fidei ampliãdo
desiderio aduersus Africam . bellum quod iam dextera domini ei assistente
regnum Bugię et urbem oran . saracenorum comeatibus celeberrimã ipsiusq;
Africę Alumnã cum alijs terris . et arcibus christianę ditionis Iugo subegit
quantamq; in bello huiusmodi . quod naualib; et terrestribus p̄clis . et non
contra unum sed plures Reges . ac gentem indomitam xpiani nominis hostes
acerrimos geritur exbauriri pecuniam oportuerit . Considerantesq; ipsius Ferdin-
nardi Regis erga nos . et sedem p̄dictam deuotionem . fidem . obseruantiam . et
Reuerentiam singulares . quibus personam suam Regiam illarũ largitor de-
corauit Altissimus . et per que inter uniuersos alios Reges . et Principes catho-
licũ nomen . et titulũ meruit adipisci . et sperantes . qd Idem Ferdinandus Reg.
more progenitorum suorum in sue fidei sinceritate . et deuotione erga nos . et sedem
p̄dictam eo constantius perseverabit . et quoad vires sue se extendere . poterit
pro nobis . et ipsa Romana Ecclesia aduersus quoscũq; . nec nõ pro fidei sub-
exaltatione . ac Reipublicę christiane aduersus infideles defensione illorumq;
depressionè . et expugnatione . pugil . et propugnator eximius erit . quo nos . et
Ecclesiam ipsam erga se posterorũ suos magis indies inuenerit liberales
exp̄sis . et certis alijs rationabilibus causis animum nostrũ ad hoc mouetib;
nostrãq; mera liberalitate . et certa scientia . ac de apostolicę potestatis pleni-
tudine . habita prius super hijs cum dictis fratribus nr̄is deliberatione matura
de eorum consilio pariter . et assensu aucte Apostolica tenore p̄mũ census
octomilium unciarum auri huiusmodi . ac omnem . et quamcũq; pecuniarũ
summã . ad quam nobis . et dictis Ecclesie . qui ipsũ Regnũ sicilię citrasarũ
et hierusalem hactenus tenuerunt . usq; in p̄ntem diem . occasione dicti census . vel
quavis alia causa forsan obligati existunt . nec non integram summã distarum
quinguaaginta milium marcarũ sterlingorum pro Iure dictę Inuestiturę tam
Ferdinando Regi . q; eius liberis . et herediibus ac successorib; masculis . et feminis .
natis . et nascituris p̄fatis in nostra . et successorum nostrorum Romanũ .
Pontificum canonicẽ intrantium obedientia . et deuotione persistentibus libera-
liter . et gratiosẽ remittimus . donamus . et largimur ipsosq; Ferdinandũ Regẽ
liberos . heredes . et successores quãdiu indictis obedientia . et deuotione per-
seuerabunt ab illorũ solutione . et a Palafrido p̄uo de triennio in trienniu
ut p̄mittitur assignando . absoluimus . quietamus . et liberamus . decernetes
eordẽ Ferdinandũ Regem liberos . heredes . et successores suos ratione
dicti Regni sicilię citrasarũ hierusalem ad p̄dictas octomiliũ unciarum
auri . ac cuiuscũq; alterius annui census . ac quinguaaginta milium marcarũ
sterlingorũ pro inuestitura huiusmodi camerę Apostolicę . aut cuiuscũq; alteri

faciendam solutionem. Nec non palafredi quolibet triennio assignationem, et ad cen-
 suras et penas etiam priuationis indictis lris contentas ob nō solutionem, uel
 assignationem huiusmodi, quamdiu illi indictis obedientia, et deuotione, p̄stiterint
 ut p̄fertur de ceteris non teneri, et ad id a quoquam quauis auct̄e compelli
 non posse, neq; debere, ac mandantes venerabili fratri Rap̄dali Ep̄o portuen-
 nō, et pro tempore existenti dicte Romane Ecclesie Camerario, ceterisq; d̄te
 Camere officialibus, ne Ferdinandum Regem, eiusq; liberos heredes, et succ̄^{tes}
 p̄fatos p̄missionū occasione, ullatenus grauent, atq; molestant, nos enim re-
 missionem, donationem, absolutionem, quietationem, et liberationem p̄t̄as
 vim, robur, et efficaciam uere solutionis, et satisfactionis habere de similiq;
 consilio, scientia, potestatis plenitudine, et auct̄e volumus, statuimus, et
 declaramq; non obstantibus p̄missis, ac constitutionib; et ordinationibus apo-
 stolicis, natura quoq; usu, et consuetudine feudi, et censuū, omnib; et sin-
 gulis in lris p̄dictis contentis conditionibus, adiectionibus, modis, formis,
 clausulis, cautelis, obligationib;, promissionibus, voluntatibus, et ordinatio-
 nib;, nec non Iuramento, quod de illis obseruandis, et adimplendis iuxta ipsarū
 lras, tenorem dictiq; Regni sicilie citrasarum, et hierusalem consuetudinem,
 Ferdinandum Regem, eiusq; liberos heredes, et successores p̄fatos p̄stare contin-
 gerit quod quidem Iuramentum eis, et earum cuilibet, quod octomilium
 uniarum auri, et quinquaginta milia marcarū sterlingorū solutionem, ac Pa-
 lafredi quolibet triennio assignationes huiusmodi dumtaxat perpetuo relaxamq;
 ceterisq; contrariis quibuscumq;, volumus aut; q; singulis annis proximi futuri
 dicti Ferdinandus Rex, eiusq; liberi, heredes, et successores in p̄dicto Regno
 sicilie citrasarum, et hierusalem in dicto festo unum Palafredū Album,
Papatum Romanum, et Regalia Sancti petri, tam in Regno prefato quam alibi existentia adiutor eis ero ad retinendum, et defendendum, ac recuperandum, et recuperata manutenendum contra omnem hominem uniuersas, et singulas conditiones nostras, seu formas, et tenores contentas in lris adimplebo, et inuiolabilr̄ obseruabo, nec nullo unq; tempore ueniam contra illa, sic Deus me adiuuet, et hec Sancta euangelia. //

Similia aut fidelitatem uassallagium, plenu, et homagium liberum ligij, et Iur^{tu} reuocare faciens, ac prestabis unicuiq; Romano Pont. et dicte Ecclesie infra anu a die quo in Romanu Pont. electus fuerit computan̄, et similia faciet, ac prestabit, et similiter renouabit, et facere, ac prestare, et renouare tenebit quisque her' tuorum in dicto Pontifici unicuique Romano, qui erit pro tempore, et ipsi Ecclesie Romane secundum formam prescriptam

nomine Romani Pont. qui tunc erit, et suum proprium exprimeret sed postquam tu, et heredes tui in Regno Sardinie, ac Corsice supradicta presteritis, et feceritis personaliter iuramentum fidelitatis, et homagium secundum formam prefatam uno Romano Pont. per uos ipsos alio Romano Pont. non abringamini personaliter prestare facereque dummodo illa presteritis, et facietis infra annum per idoneum, seu idoneos substitutos ad hoc plenum mandatum habentes, et si plus placuerit Rom. pontifici, uel Romane Ecclesie iuramentum, fidelitatem, uassallagium, et homagium prestabit, et faciet, tu, et heredes tui nomine Summi Romani Pontificis, et Romane Ecclesie illi, uel ille, que, uel quos ad hoc specialiter ipse Romanus Pont. uel Sedes eadem ecc^{ca} deputabit, Quodcumque tu, et heredes tui in Regno prefato predictum iuramentum fidelitatem uassallagium prestabit per uos, uel alium. seu alios, ut Superius continetur duculis in mentem pro ut Romanorum pontifici, et eidem ecclesie patentes lras, bullas, aureas, bullatas p^{ter} et in scriptis menses, modos, conuentiones, condiciones, tenorem, et formam acceptantes expresse, et forma dicti homagij, et iuram^{ti} fidelitatis et uassallagij similiter, et specialiter exprimeret hanc omnibus prelati, et clericis, ac uniuersis personis Ecclesiasticis, secularibus, et religiosis, et quibuslibet religiosis locis dicti Regni Sardinie, ac Corsice libere dimittantur, et conseruentur integre omnia bona, et iura eorum. //

Omnes insuper Ecclesie tam Cathedralis, quam alie seculares, nec non, et omnes prelati, et clerici, ac persone uniuerse ecc^{ca} religiose, ac seculares, et quecumque religiosa loca cum omnibus bonis suis in electionibus, postulationibus, et omnibus alijs plena liberalitate gaudeant, nec ante electionem, siue in electione, uel post regni assensum, uel consilium aliquatenus requiratur, quam utique libertatem tu, et heredes tui in dicto Regno si per manutenebitis, et manuteneri, et conseruari facietis ab omnibus subditis uris dicte ecclesie, et persone utantur omnibus bonis, et iuribus suis saluo tibi, ac tuis in dicto regno heredibus iure patronatus in ecclesijs intantum, quantum in hac parte patronis Ecclesiarum Canonica instituta concedunt in illis dumtaxat Ecclesijs in quibus tibi tuisque heredes ius patronatus Competere dignoscitur omnes aut cause ad forum Ecclesiasticum pertinentes libere, et absque ullo impedimento agitabuntur, tractabuntur, et uentilabuntur coram

Suis ordinarijs, et alijs ecc^{is}. et terminabuntur per eos, et si ad sedem ap^{ca} super huiusmodi causis appⁿ contingerit tã app^{ntes} quam appellati ad eandem sedem uenient pro appellationũ prosecutionibus libere, et absq; inhibitione aliqua permittantur. //

Omni bus insuper cáplis, collegijs, et congregationibus, et personis ecclesiasticis ac religiosis, et secularibus quorumcumq; laicorum dicti regni cuiuscumque conditionis, et status existerit quoties per te, uel per aliquem tuorum heredum tuos officiales, uel ministros, aut alicuius eorum senserit se grauatum ad cap^{ca} sedem liberum super hoc liceat habere recursum, nec prestabitur eis obstaculum quo minus libere, ac secure recurrant. //

Sacramenta uerò fidelitatis seu assicurationis prestabuntur secundum antiquam, et rationabilem consuetudinem prout canonica instituta permittunt ab illis ecclesiarum prelati s, quos predecessores illa antiquitus soliti sunt prestare ab illis autem prelati s, et ecclesijs temporalia bona tenent si qua tñ sunt, qui huiusmodi bona retineant a Dño dicti Regni, et alijs dominis temporalibus, et qui rōnem huiusmodi bonorum ab antiquo consueuerunt Regibus, et alijs dn̄is temporalibus in dicto regno Sardinie, ac Corsicę constit^o seruitia exhiberi huiusmodi antiqua, et honesta seruitia eis secundum consuetudinem rationabilem, et antiquam, et sicut instituta patiuntur canonica impenditur salua semper circa ecclesias Cathedrales, et alias regulares, et seculares, ac personas, et loca ecc^{ca} tã in faciendis prouisionibus, et electionibus confirmandis quã in omnib; quibuscumq; alijs Romanis pontificibus, et ecclesie ratione Iurisdictionis, et aucte plenaria, et libera potestate reuocabis, atq; omnes constitutiones, uel leges, seu statuta per Reges, seu principes seculares Sardinie, et Corsicę edicte contra ecclesiasticam libertatem, nec statuta, uel conditiones aliquas tu, uel aliquis tuorum heredum in dicto regno edict^o, aut promulgatis per que, seu quas Iure, et libertate ecclesiastica derogetur. Promittens et pro tuo, uel her^o tuorum tempore nullus clericus, uel persona ecclesiastica eiusdem Regni in Ciuilibus, uel criminalibus causis conuenietur coram iudice seculari nisi super feudis Iud^o peremptorio conueniatur Ciuilit^{er}, qual^{is} canonica Iuxta permittant nullus autem, aut qui uis alius^{tuis} insuper in regno Sardinie, et Corsicę heres tallias imponentis ecclesijs, et monasterijs clericis

ac uiris ecclesiasticis, uel Rebus, seu uassallis eor, et in ecclesijs uacantibus
tu, uel tui in prefato Regno heri. nulla habebitis regalia, nullusq; fructus, redditus
et prouentus nullas et obuentiones, et nulla prorsus alia precipietis ex eis Nihilominus
custodiam eorundem ecclesiarum iurium, et bonorum ipsar, interu. libera
remaneat penes personas ecc.^{cas} iuxta canonicas sanctiones saluis tibi dictisq;ue
heredibus tuis his, que tibi, uel eis tanq; Regni, uel dno temporali competeret
ex prescriptione legitima consuetudine antiqua, et rationabili priuilegijs
leg.^{mis} aut alias de iure quibus Iura diuina, uel canonica non obsistant, iu-
dices uero comites, et barones milites, ac personę ceterę secularis Regni
eiusdem tam magne, quam parue in suis bonis Iuribus rōnib; et laudabili-
bus seruabuntur, et tam tu, quam tui in prefato regno heri. per uos, uel
alium, seu alios exercebitis Regimen dicti Regni secundum Iura ciuilia
quibus canonica instituta non obuijt, et laudabili consuetudine priuile-
gijs legitimis, aut alias de Iure omnes captiuos obfides presertim Roma-
nos, et alios de tra. Ecclesie oriundi, si quos tu, uel tui in dicto Regno here-
des tempore quo acquireretis prefatum Regnum inuenietis in eo ad manda-
tum Romani Pont. seu Romane Ecclesie restituetis pristinae libertati, et
de eis facietis qd dictus Romanus Pont. uel Ecclesia romana ordinabit.
Nullam et confederationem, seu pactionem, uel societate cum aliquo Im-
peratore, uel Rege, seu Principe, uel barone xpiano, uel greco, aut Sarrace-
no, uel cum aliqua Prouincia, et Ciuitate, seu Comitatu, uel loco aliquo
seu personę scienter contra romanam Ecclesiam tu, uel tui In dicto regno
heredes amicos, et deos ecclesie habebitis pro amicis, et deuotis inimicos, et
indeuotos Ecclesie pro inimicis, et indeuotis habebitis, nec emulis, seu ini-
micis ecclesie auxilium dabitis consilium, uel fauorem in urbe, urbisq; destruc-
ta, seu circumposita Regione aut prouintijs, Ciuitatibus, tris, seu locis eccle-
sie Romane subiectis no recipietis, uel assumetis, aut acquireretis dominiu,
Regnum, seu rectoris officium quocumq; nomine censeatur, nec de occu-
pandis, seu recipiendis, uel capiendis, et subiugandis eisdem, seu alijs bonis
iuribusq; ecclesie cuiusdam tu, et quouis heredum tuorum intromictatis
uos publice, uel occulte scienter. //

Quod si contra feceritis ignoranter, et moniti ab ipsa ecclesia non desisteritis, cadatis a possessione dicti Regni Sardinie, et Corsice ipso facto, et eritis illo puniti, et Regnum ipsum ad Romanam Ecclesiam liberè deuoluatur, quod si forte contingerit te, uel heredes tuos in prefato Regno Sardinie, et Corsice Successor in Regem, uel imperatorem Romanum, seu Regem theutonicos eligi, uel assumi electus, uel assumptus nullo dicti regni Sardinie, et Corsice cum dictis imperio, et regimine ualeas, uel ualeant retinere, et si moniti ab ipsa ecclesia dictum Imperium, et Regnum Romanum, seu theutonicè nondemiseritis a Jure dicti Regni Sardinie et Corsice ipso facto cadatis ex toto, et Regnum ipm ad Romanam Ecclesiam liberè deuoluatur, nisi forte tu, uel idem electus, seu assumptus filium legitimum habeat Successorem sibi in Regno Aragonie quem si uoluerit emancipare legitime potest sine fraude renuntiando dicto Regno Sardinie, ac Corsice nihil unquam iuris habiturus in eo publice, uel occultè, et dicta Regna romana, seu theutonicè, aut Imperium retinere, quod si contra tu, uel tui in Prefato Regno Sardinie, ac Corsice heredes fueritis et moniti ab ipsa ecclesia non desisteritis a Jure dicti Regni Sardinie, et Corsice ipso facto cadatis, et Regnum ipm ad Romanam Ecclesiam liberè deuoluatur. //

Ad hec ut tibi plus presidij, et fauoris accrescat te, et Regna, et bona tua Stabilia ubilibet constituta sub beati Petri, et nra Protectione suscipimus disponenda te, et ipsa gladio spirituali defendere, ac tueri pro ut expediens fore uidebitur, et tibi fuerit oportunum donec in nra presentia confiteberis, et dicte ecclesie dictum Regnum Sardinie, ac Corsice tibi, tuisq; heredibus fore concessum in feudum quos per stipulationem sollempnem promicti, et in rebus inuiolabiliter seruaturus. //

Pro quibus et seruandis dictum Regnum Sardinie, et Corsice Jura tibi in eo competentia, et competitura, et bona tua, que ibidem consistunt nobis, et ipsi ecclesie obligabis, et promictens nihilominus, quod Successores, tui heredes in dicto Regno Sardinie, et Corsice eo tempore quo faciet et prestabunt uassallagium, homagium et fidelitatis Iuramentum sub forma prefata similia confessiones, recognitiones, promissiones Juram^{tu} et obnes faciet, et prestabunt Romano Pont. qui erit pro tempore, et ecclesie predicte. //

Insuper tam tu quilibet heredum tuorum in dicto Regno Sardinie, ac Corsice illis temporibus, quibus feceritis, et prestiteritis uassallagium, homagium, et fide-

litatis Iuramentum pro eodem Regno Sardinie, ac Corsicę debitis in mense post priuilegium, seu lras aurea bulla bullatas in quo, uel in quibus fatebimini, et recognoscetis expresse dictum Sardinie, et Corsicę Regnum, à Nobis, et Romanā Ecclesia recepisse in feudum sub conditionibus, atq; conuentionibus modo et forma, actenore, que pñtib; nr̄is lris continentur, quos tenores, modū, et conuentiones conditiones, et formam promittitis uos inuiolabiliter obseruaturus.

Pro quoz obseruantia obligantib; uos, edictum Regnum Sardinie, ac Corsicę, et Iura, et bona uobis competentia, et competitura in eo omnium autē predictoz que in presentibus nostris continentur declaratio, et interpretatio quotiens opus est faciendi ad Romanum Pont. seu ad Romanā Ecclesiam pertinebunt quotiescumq; super ipsis, uel eoz alicui, seu aliquib; ambiguitatibus aliquid uel dubij oriri contingerit onus Romani Pont. uel Romanę Ecc. interpretationi, et declarationi dabitur uerbo, uel lris pro ut ipsi Romano Pont., uel ecclesie placuerit faciendum.

Nulli ergo omnino hoīnum liceat hanc paginam nr̄e collationis, cessionis, donationis, et inuestiturę promulgationis, et uoluntates infringere, uel ei ausu temerario contraire.

Siquis autem hoc attēptari contingerit, seu p̄sumpserit indignationem omnipotentis Dei atq; Beatorum Apostolor; Petri, et Pauli eius se nouerit firmiter incursumum Datū Romę apud s. Petrum Pr̄die nonas Aprilis Pontificatus nostri anno tertio.

In Nomine Dñi Amen per hoc pñs publicum Instrumentum cunctis pateat eui-
 denteq; anno à natiuitate eiusdem dñi millesimo quingentesimo quinquagesimo Sep-
 timo Indictione quintadecima die uero tertia mensis Julij In mei notarij
 publici, testiumq; Infratroy ad hec spetialr uacatos et rogatorum pñtia perso-
 naliter constitutus Itt. vir dñs don Joannes de Figueroa Cath.^{ca} et potentissimi
 Principis dñi Philippi hispaniarum & Be.^{ca} consiliarius eiusq; arcis mediolanensis
 prefectus, qui uerbo dixit, et exposuit, qd cum ipse ats sub die vs. xvij. martij añi
 pñtis millesimi, quingentesimi, quinquagesimi septimi fuerit per Catt.^{ca} M.^{ca} dicti
 potentissimi Hispaniaz Regis Philippi constitutus Procur. et mandatarius
 ad Infratta peragenda eius ueris patentibus Iriis Regia sua manu signa-
 tis, et subscriptis, eiusq; Regij sigilli impressione munitis, et per gundistaluū
 prezinum eius Secretarium referendatis, Datum Calen. dicto, et supra pro-
 xime calendato die, Ideo dictus Itt. dñs Don Joannes de Figueroa mā-
 datarius in preinsertis Regijs patentibus Iriis nominatus, et constitutus ex
 eius certa scientia, ac consulto, uice dicte Ser.^{me} et Regie M.^{ca} Philippi
 Hispaniaz Regis prefati, afferens penes eandem Regiam Maestatem
 esse omnia Iura Infratta cum plenissima facultate ea, cuilibet con-
 cedendi uolens ad executionem uoluntatis dicte Regie Maestatis, ut
 patet deuenire, Iuxta, et secundum tenorem preinserti mandati, et pro
 ut melius de Jure, et ats potuit, et debuit, potestq; et debet Itt.^{mo} et Itt.^{mo}
 Principi, et dño Cosmo florentie Duci Secundo, Ibidem pñti, et acceptan-
 ti pro se, et suis filijs masculis, et descendentes simitr masculis, le-
 gitimis, et de legitimo matrimonio natis in Infinitum saluo semper
 iure primogeniture dat, et concedit in feudum nobile ligium, et hono-
 rificum cum omnibus preheminentijs, dignitatibus, prerogatiuis, hono-
 ribus, et honoribus ad feudum nobile ligium, et honorificum de Jure, uel
 ats pertinentibus ciuitatem utt. Senarū cum eius castro, Arce, seu for-
 tificio, ac toto, et integro suo dominio, et statu, eiusq; uniuersum Agnū ad
 dictam Ciuitatem olim, et hodie pertinentē, tam per dictā Regiā, et Catt.
 M.^{ca} et per Itt.^{mo} Ducem p.^{tu} possessū, qd per quoscūq; gallos, aut alios quibusūq;
 nomibz censeantur inuasurū occupatū, seu usurpatū una cū omni Jure
 ad cesareā, et Reg.^{ca} M.^{ca} pñtenti, et put ea habēt ad dicta sua Cesarea M.^{ca} cum hoc. //

Quod dictus *Alf.º* Dux *Cosmus*, suisq; ut *Supra* descendentibus teneantur, et obligati sint ea omnia, et singula *Supradicta* recognoscere, et tenere feudum ligium, nobile, et honorificum, secundum leges feudum, ac solitas, et approbatas feudorum consuetudines, à dicta *Regia*, et *Catt.ª M.ª* *Jereniss.º* et potentissimi *Philippi* *hispaniarum* Regis, et à suis discendentibus, et successoribus Regibus *hispaniarum*, et illis Curare, fidelitatem, et ligium, homagium, *Juxta* traditam à dicta *M.ª* *Juram.º* formam *Indictis* eius preinsertis patentibus *Regis* *Man.º* *Iris* ac *ats* informam *Solita*, et consuetam declarandam tñ, ut *infra*, ac ab eis, seu uno quoq; ipsorum in casibus à iure expressis petere investituram, seu Investituras oportunas, et omnia alia facere, et adimplere adque ex natura dicti feudi, uaxalli feudatarij suis ueris directis, et supremis dñi tenentur, et sunt obnoxij Et si contingatur q; *Deus* auertat dictum *Alf.º* Duce, seu eius ut s.ª descendentibus masculos Successores in dicto feudo decedere sine filijs masculis legitimis, et de legitimo matrimonio natis, ac descendentibus masculis similiter legitimis, et de legitimo matrimonio natis tunc, et eo casu dicta *Ciuitas* *Senarum* cum omni suo *Integro* dñio, et *Statu* eisq; uniuerso *Agro* pro ut *Supra* concessa, et cum omnibus, et singulis *Superius* descriptis ad dictam *Regiam*, et *Catt.ª M.ª* eiusq; in dicto *Regno* *Hispaniarum* Successores redeat, et omnino deuoluatur, et deuoluta sit et esse censeatur. //

In hac tamen feudi concessione sua predicta *Catt.ª M.ª* et dictus *Alf.º* don *Ioannes* de *figueroa* mandatararius predictus non Intendit comprehendere nec ullo modo comprehendatur, nec comprehensa uideatur, sed omnino exclusa, et expresse includuntur oppida *Castra*, portus, loca, terre dicti *agri* *v3.* portus *herculis*, *orbitellu*, *Telamonijum* *monsargentinus* et portus *Sancti* *Stefani*, que *Supradicta* oppida, *castra*, loca, loca, *trās*, montem, et portus, ac omnia, et singula *Jura*, *redditus*, et bona ad ea et eorum quemlibet quoquomodo pertinentia dicte *regie* *M.ª* et successoribus.

cessoribus suis Hispaniarum regibus pleno Jure, plenaque potestate,
 reservat, et pro reservatis habet, et habere uult, et intendit prout sibi
 ante concessionem feudi huiusmodi pertinebant, et spectabant, et ac
 si concessio dicti feudi facta minimè fuisse, et quo ad eam, et eius singula
 pro non facta censeatur hoc tamen expresse declarato q̄ prædia, pascua,
 et bona, que marsiliana dicuntur, et que sub dicto nomine continentur
 plenissimo iure proprietatis, et possessionis ad Ill.^m Ducem pertineant
 reservata regie Maestati, et Successoribus suis iurisdictione pro ut
 Super alijs bonis particularium personarum existentibz in territorio
 suprãdictorū locorū reservatorū pertinent sue Maestati eiusq̄ Successori-
 bus quāvis dicta marsiliana, seu aliqua pars ipsius intra territorium
 prædictorum locorum, aut alicuius eorum sita existat restituet, seu
 relaxabit sue dicte Regie Maestati, uel eius procuratori Ill.^m Dux
 oppidum, et statum plumbini Illuāq̄ ceterasq̄ Insulas cum suis annexis
 pertinentijs, metallis, ferri, modinis, et alluminibus, que à sua Ex.^a eiusque
 presidij tenentur excepto tamen oppido, arceibus, et portu ferrario cum
 duobus millibus passuum territorij circum circa adiacentis præter me-
 talla, et cuiuscumq̄ qualitatis fodinas, et alumina si qua Ibidem sint
 uel quādo cumq̄ reperiantur, que ad plumbini dominium pertineant
 sicut cetera dicti status bona quod oppidum, arces, et portus ferrarij
 una cum dicto territorio eodem Jure feudi sicut Ciuitas, et dñum Senese
 Ill.^{mo} Duci conceduntur hoc et addito q̄ tormenta puluis, salnitrum
 pille, muntiones, ceteraq̄ bellica instrumenta, que In ciuitate, et arce
 Senos, et in oppido, et arce plumbini reperientur sue Maestati, et
 Ill.^{mo} Duci equis extimationibus inuicem concedantur, uel compensentur. //

Hoc insuper declarato, et in una quaq̄ parte huius Capitulationis, et conces-
 sionis repetito, q̄ sub nomine p.^{ti} feudi liq̄ij contineantur dum taxat bo-
 na, et Jura Ciuitatis, et dicionis Senensis, et oppidi, portusq̄ ferrarij

Itē^{mo} Duci elargita Super alijs uero Stabilibus, et bonis dicti Itē^{mo} Ducis
eiusq; Successorū nulla Jurisdictio nullumque Jus modo aliquo regie
aut Catt.^{le} M^{te} queratur quesitum ut etiam intelligant rōne dicte
infirmitatis. //

Remittit Itē^{mus} Dux ex eius certa scientia, et omni meliori modo, quo
de iure, et ats potest, et debet quascumque Summas, et pecuniarū q^{nt}itates
sibi tam ratione belli Senensis, quam causa mutui, uel alij quibuscūq;
causis, et rationibus cogitabilibus, uel incogitabilib; tam per suā Regiam
maestatem p.^{ta} p^{er} ces. M^{te} Inuictissimi imperatoris Caroli quinti
uel earū qualibet debitas calculatas, de quibus realit, et cum effectu sibi
Satisfactum, aut Solutum nō est quas hūc pro expressis, et specificatis ha-
bet, quas quīdem Summas omnes p.^{tas} quantecumq; sint cum omni, et
quocumq; et qualicumq; Interesse illarū ratione quomodolibet forsan sub-
sequo, uel subsequēdo cedit, et transfert in eādem M^{tes} pro ut unicuiq;
ea res spectat, eius condonat, remittit, et relaxat, ac ab earū cuiuslibet
illarū Solutione eos eorumq; et cuiuslibet eorum Successores oīo liberat,
Itaq; ad Solutionem earūdem, seu alicuius partis earū amplius nō
teneantur, et de eis, et oīo Singulis se uerē, et realiter omni fraude, et dolo
cessantibus Solutum, et Satisfactum uocat exceptioni nō habite, et non nu-
merate pecunię Erroris Calculi, et alij cuiuscumq; exceptioni, que sibi
de Iure, et ats quouis modo Jurare potest expresse, et de simili certa
scientia renuntiādo, et Cassando penitus, et extinguēdo, et annullando
omnes, et quascumque Scripturas chirografa, et obligationes tam pu-
blicas, quam priuatas Super dictis debitis per quoscumq; factas ubi-
cumq; et quomodocumq; reperiantur, que pro non factis oīo habeātur. //

Et eodem modo, et cum simili renunciatione cedit, et transfert in dittam
regiam M^{te} omnes illas quantitates, et pecuniarū Summas, quas facto

computo datos, et acceptos consiterit sue Rex & Ill^{ms} deberi per plumbini
 ni dñum tam rōne ferri, quàm alia causa, et ratione quacumq; usq;
 in pntem diem ad quorū solutionem seu partis alicuius earū minime te-
 neatur dictus plumbini dñs, nec eius Successores. //

Quodq; dictus Ill^{ms} Dux, eiusq; descendentes ut supra dabunt toties, quoties opus
 fuerit pro Iusto, et moderato pretio comēatum, seu anōnam, atq; operarios
 necessarios ad munitionem prenarratos portum, et oppidorum maritimos
 Senensium, et Plumbini dicte Regie M^{ts} ac Successoribus suis, et dicto plu-
 bini dño super reservatos quoties opus fuerit, atq; et si maioribus pre-
 sidij ea loca, et quemlibet ipsorū indigerit eam concedet Sumptibus tñ
 omnibusq; impensis Ser^{mi} Regis p^{ti} et Successorum suorū. //

Et casu quo oppida, et portus orbicelli, telamonis, et portus herculis, atq; alia que
 dicte Regie Maestati, et Successoribus suis pñti concessione reservantur
 terra marine oppugnarentur, aut obsiderentur, uel inuaderentur ab ho-
 stibus sue M^{ts} et Successorū suorum dictus Ill^{ms} Dux eiusq; Successores p^{ti}
 toties, quoties requisiti fuerint per suam maestatem, aut Successores
 p^{tos} aut eius ministros teneantur subsidium, et auxilium ferre, et
 prestare dictis locis ut supra oppugnatis obsessis, uel in uasis, sumptus
 autem in dictis auxilijs impendenti pertineant pro tertia parte dicto
 Ill^{mo} Duci, et Successoribus suis, et pro alijs duabus tertijs partibus
 dicte Regie Maestati, et Successoribus p^{ts} dummodo tertia illa pars
 sit iuxta formam, et obligationem lige, et considerationis hic con-
 tēte, et in illa excedat. //

Concedet dictus Ser^{mus} Rex, et sui Successores p^{ti} et ad id dictus Ill^{ms} Don
 Joannes pro sua M^{te} et eius nomine expresse se obligat dare dicto
 Ill^{mo} Duci pro recuperandis oppidis, et locis dicionis Senensis ab hostib;
 occupatis quatuor mille partim hispanos, et partim germanos peditū
 et quadringentos equites sue M^{ts} sumptibus stipendio, et mercede pro

sex mensibus conductos si tanto tempore bellum pro hostibus ut supra expellendis durauerint Sin autem Infra dictum tempus bellum ab auxiliariis regis una cum Copijs *Ill^{mo} Ducis* confectum non fuerit Rursus *R^a M^{tas}* et *Ill^{mo} Dux* Comuni Consensu de ratione, et tempore belli prosequendi Conuenient modus aut belli prosequendi huiusmodi dispositioni dicti *Ill^{mo} Ducis* relinquunt, dum tamen Copiar^{um} ductores, et officiales à Regia *M^{te}* mittendi cum eis quibus missi fuerint Copijs, et officijs remaneant cum quibus in recensendis militibus, et stipendijs persoluedis ministri a sua *Ex^a* deputandi, ut omnia recte, ac diligenter agantur Interesse debeant. //

Promittit Idem *Ill^{mo} Dux* q^{uod} tam ipse quam descendentes p^{ri} dabunt, et comòdabunt triremes, quas habebunt Regie *M^{te}* et Successoribus p^{ri} toties, quoties ab eis, seu eor^{um} ministris requisiti fuerint, absq^{ue} tamen aliquo sumptu, aut impensa sue *M^{te}* et Successorum huiusmodi. //

Eadem Regia *M^{tas}* et dictus *Ill^{mo} Dux* pro ea, et eius Successoribus ut supra promittit laturam, opem, auxiliaturam *Ill^{mo} Duci*, et eius Successorib^{us} casu quo Status Florentie, aut Senar^{um} exercitu belloq^{ue} petat cum decem millibus peditum hispanor^{um}, germanor^{um}, aut heluetiorum quotquot tunc mercede ea *M^{tas}* conducere poterit reliquis usq^{ue} in eum numerum Italis atque insuper cum quatrigenis Equitibus Catafractis et sexcentis leuis armature sumptibus, et stipendio eundem *M^{te}* quousque p^{ri} ditionis, et status ab illatis bellis, et imminentibus periculis liberi fuerint. //

Quòd si quando Regnum Neapolitanum armis, terrestriq^{ue} exercitu petitum fuerit prestabit *Ill^{mo} Dux*, prestaturumq^{ue} promittit et descendentes p^{ri} prestabunt pro eius defensione quatuor mille hispanor^{um}, germanor^{um}, aut heluetiorum petitum quotquot haberi

potuerint, reliquis usque in eam quantitatem ex hereticis peditibus
 Supplendo, et quatercentos equites, uel minorem numerum petatum ad
 libitum Regi^e M^{ts} eiusdem It^m Ducis, et descendendum predictoꝝ
 sumptibus, stipendio, et mercede, eandemque auxilio, eiusdemq; sumptu-
 bus stipendio, et mercede dabunt, It^m Dux, et descendentes p^{ri} quando cuiq;
 sue Reg^e M^{ts} et successoribus p^{ri} in Lombardia bellum illatum fuerit à sumo
 Pontifice, Duce Ferrarie, aut alijs quibuscumque italie potestatibus per
 se, aut cum alio, uel alijs federe iunctis. Itatamen ut uno eodemq; tēpore
 dictus It^m Dux, et descendentes p^{ri} non teneantur auxilia p^{ri} prestare
 nisi in altera tantum parte ad sue M^{ts}, et suorum Successorum electionē. //

Etique perpetuum fedus quod ex nunc pnti stipulatione expresso, et inuio-
 labili uinculo firmatur offensiuum, et defensiuum It^m Duci eiusque
 successoribus cum sua Catt^{ca} M^{ts} et successoribus p^{ri} et hispaniarꝝ omni-
 busq; alijs Cap^{is} M^{ts} et Succ^{is} suos regnis, et statibus conditionibus su-
 pra, et Infractis adeo ut It^m Dux, et descendentes sui p^{ri} eodē ho-
 stes, et amicos habeant quos Ser^m Rex, et eius Successores habebunt
 Idemq; per Regiam^m eiusq; Successores erga dictum It^m Ducem, et
 Successores predictos per omnia obseruabitur. //

Prætere si bellum alicui, uel aliquibus inferendum censebitur comuni con-
 sensu Ser^m Rex, et It^m Dux, et eorum ut supra Successores conueni-
 ent tam de ratione belli, quam de Copiarum, et impensarꝝ numero
 contributionibus, ac etiam acquirendo participationem Supradictis ni-
 hilominus in suo robore permanentibus. //


Nullum insuper fedus ligam uere tractabit, aut inhibet, aut inhibet It^m
 Dux, neque eius indictis dictionibus Successores, cum aliquibus prin-
 cipibus, potentatibꝝ, aut dñis, tam Italis, quam exteris Inpreiudiciū
 pntis lige, et cōfederationis. Idemq; e conuerso Ser^m Rex, et eius Succ^{res} erga
 It^m Ducem Successoresq; illius obseruabunt. //

Quibus omnibus, et singulis vs. sunt clausule, que fuerunt acta florentie
in Ducali palatio die, mense, anno, et Indictione, quibz supra, pntibz ibide
pro testibus per q^m m^{is} dn^s don Bernardo de dolea, fran^o de uilla noua,
Alexandro de uice, Comitibus, omnibusqz de consilio Regie M^{is} ac m^{is}
dn^s lelio thorello auditore, et primo secretario sue Ex^e It^{me} dn^o Angto
nicolino ambobus de consilio secreto p^{te} sue Ex^e et dn^o Alfonso chibello
auditore, et fiscale, et dn^o Bar^o concio secret^o dicte sue Ex^e.

Et factis premissis dicta, et eade die me notario, testibusqz supra, et infractis in eode
loco ad infracta Specialr uocatis, et rogatis pntibz in executione, et confirma-
tionem omnium predictoz Idem It^o d. Joannes dicto nomine dictum It^m
don Cosmum Ducem pntem, et recipientem inuestiuit, et actualr inuestit de
dicta Ciuitate, et dominio Senensi ac oppido, et portu ferrario ut supra per
birretti impositione baculi traditionem, et anuli immissionem, et ulterius insi-
onum mutue dilectionis, et fidei pacis oscula p^a omnia firmauerunt, et dicitur
It^m et Ex^m Princeps Cosmus medices Florentie Dux secundus uolens Juramentu
per suam Ex^a It^{ma} pro concessione dicti feudi requisitum prestare cu declarat^{ne}
tamen ut supra in Capitulis preinserti Instrum^{ti} facta, et expressa protestat^{ne},
quod per Infractu Juram^{ti} sub nomine feudi ligij contineantur bona, et Iura
Ciuitatis Edictionis Senensis, et oppidi, portusqz ferrarij du taxat dictu Jura-
mentu efficaciter, et reuerenter tactis sacrosanctis scripturis manibz suis in-
fra manus dicti It^o dnⁱ Jo^{is} de figueroa mandatarij p^{ti} positis per Deum
super crucem dnⁱ nrⁱ Iesu xpi, ac ad eius sancta quatuor euangelia prestitit
et Iurauit dicens, et proferens alta, et intelligibili uoce Ego Cosmus medices
Florentie Dux secundus promicto, et Juro ut s^o pro ut in Instrum^{to} mandati
addito in ea parte, qua dicit dicti feudi, q^o dicatur Senensis, et portus ferrarij. //

Ex quibz testes fuerunt, premissis pntate f. R. P. D. Bernardus Epus Are-
tinus. R. D. Hugolinus de grisonibz magister p^{ti} alti passus. It^m don Al-
bericus Cibo Marchio maste, et It^o d. ludouicus de toledo nec no It^o d.
chiappinus uitellius, ac omnes alij supra Inseto Instrum^{to} pro testibus
descripti, et nominati, uocati, atque rogati. //

Don Juan de figueroa. //

Cosmus medices Florentie
Dux. 

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in
 excelso militantis ecclesie throno, disponente domino, Super gentes, et regna Constitutus,
 post perlustratas suae indefessae mentis acie orbis christiani prouincias circumspecta sua
 prouidentia praclaros, ac principes uiros, qui de Sancta Sede apostolica, fideq; catho-
 lica benemereri uidentur, singulari suae benignitatis clementia, quantum sibi ex alto
 conceditur, augere, eosq; insignibus ornamentis, ac speciosis honorum titulis decorare, atq;
 illustrare consueuit, nec non alias disponit pro ut temporu, locoru, et personaru qualitate
 pensata conspicit in domino salubriter expedire. Sanè cum nos his nostris luctuosissima
 tempestatis diebus animo nostro diu, multumq; grauiissimo cum dolore uersarem, quot, et
 quanta pestiferarum heresum sectae quotidie undiq; erumperent, diraq; et exitiosa perdi-
 torum hominum a fide catholica aberrantium semina passim Serperent, et usquequaq; pro-
 pagarentur omnia Italiae loca circumspicientes, Etruria prouintia nobilitatis decore, et anti-
 quitatis nomine a maioribus celebrata, cuius maxima pars, quae nobis, et ipsi apostolicae Sedi
 subiecta non est, ab omnibus ferè latebris ditioni nostrae ecclesialicae contermina, atq; con-
 iuncta existit, nobis praecipue occurrit, quam diuinæ primùm bonitatis gratia, sollicitu-
 dineq; ac uigilantia nostra, deinde prestantissimi, ac religiosissimi eius Principis uirtute, con-
 silio, diligentia praeteris intactam, et incorruptam ab huiusmodiq; perniciosa labe, et con-
 tangione Sartam tectam conseruatam esse conspiciamus. Huc accedit quod profecto magnopere
 nos mouet, sedem apostolicam, cum ob regionis uicinitatem, tum propter loci oportunita-
 tem gratissima plerumq; obsequia, atq; etiam commoda subministratis ab Etruscis auxilijs a
 multis iam ante saeculis recepisse, idq; complures romanos Pontifices predecessores nros, et pra-
 sertim fe: re: Innocentium IV; clementem etiam IV; gregorium X; Benedictum XI; Martinum V;
 et leonem X. luculenter testatos fuisse, adeo ut tam eandem prouintiam, quam eius rectores
 et magistratus ob peculiarem eorum erga romanam ecclesiam deuotionem, et obseruan-
 tiam propenso, paternoq; affectu, uarijs gratijs, honoribus, ac priuilegijs iure cohonestan-
 dos, atq; ornandos esse duxerint; Quibus rebus debita meditatione maturè consideratis,
 attendentes quoq; in primis, quod doctus filius nobilis uir Cosmus medices Reipublicae
 Florentinae Dux maiorem indies suae eximia uirtutis splendorem, feruentioremq; cat-
 holicae religionis cultum, et in administranda iustitia praecellens studium ex eo tempore,
 quo imperare capit, nusquam praetermissum, laudabiliter praeseferre non cessat. Quod
 omnibus in occasionibus nobis, ac predecessoribus nostris, et apostolicae Sedi prompto, ac libe-
 ti animo obsequi semper studuerit. Quod nos, et eandem sedem ab ipso nostri pontificatus
 initio continuato debita reuerentiae honore coluerit, mandatis nostris filialij
 obedientia paruexit, honestis nostris petitionibus obsequentissime morem gesserit.
 Quod a nobis requisitus capta nostra pecunijs, peditatu, equitatumq; alacriter iuue-
 rit, praesertim pro ferendo auxilio charissimo in christo filio nostro Carolo francorum
 Regis, Christianissimo aduersus eius rebelles, et haereticos, centum etiam aureorum

millia, ultra alia, illi mutuando, hortatu nostro id fecerit. Quod maiora si usus uenerit, ad catholicae fidei defensionem, et incrementum se presentaturum ultro pollicetur. Quod pro inclita eius in deum pietate superioribus annis militiam Sancti Stephani ad Sancte fidei exaltationem, ac propagationem instituerit, bonis ditauerit, et ampliauerit. Quod Vniuersa prope prouincia Etrusca imperscrutabili Dei iudicio ad Summe dignitatis potestatem ciuium florentinorum assensu uocatus felicissime præsit, ac domietur. Quod delatum sibi admirabiliter principatum admirabilius regat, et moderetur, illumque incomparabili prudentia, ac sapientia in pacis, ac iustitie amantate ab incunte eius etate diligentissime contineat, et conseruet. Quod terra marique præpotens existat, Quod Pyratibus, facinorosis, sicarijs, quietis, et ocij turbatoribus, nec non nostris, et huius Sancte sedis rebellibus, et aduersarijs hostis acerrimus, scelerumque, et delictorum seuerus uindex sit. Quod numerosa, ac frequenti populorum ei subditorum Deo benedicente multitudine, copiis, grandibusque redditibus, et amplissimis prouentibus, gaudeat, et fruatur. Quod ualidus peditum et equitum numerus, in omnes usus ei præbui semper esse possit. Quod quamplures florentissimas urbes tam Cathedralium, quam eorum non nullas Metropolitanarum ecclesiarum dignitate insignes, ac studiorum generalium Vniuersitatibus ornatas, munitissimos portus, ualidissimas arcus, loca tutissima, triremium classem paratam, et instructam tam ad Tyrreni sui maris, quam etiam ad nostræ oræ maritime tutelam habeat. Quod rerum omnium copia, dictionis amplitudine, locorum ubertate, continua uite felicitate demumque gentis celebris admodum, et opulente uiribus firmissime subnixus uigeat. Quod cuncta hæc ipsa bona per Immensam Dei omnipotentis benignitatem sibi elargita ad diuinum honorem, et gloriam paratissima semper fore profiteatur. Quod ob soluta potestate ratione, liberi, et directi dominijs Florentini nemini sit subiectus, ita ut iuxta distinctionem pie memorie Pelagij similiter Rom: Pont. prædecessoris nri uti Rex, et magnus Dux, ac princeps merito existat, et Inter ceteros magnos Duces, ac principes, re ipsa esse, censerit, et connumerari possit, et debeat. Nos igitur tot, ac tantis rationalibus, dignisque de causis clarissimis quoque ipsius Cosmij Ducis erga nos, et sedem eandem meritorum, et officiorum monumentis inducti firmaque spe freti, quod is, et eius successores collati nri in eos beneficij memores debitam nobis, futurisque Romanis Pontificibus grato animo fidei, ac deuotionis sinceritatem perpetuo exhibere, conseruareque studebunt. Attendentes etiam, quod sani plurimi facimus, dictum Cosmum Ducem, ac dilectum filium nobilem uirum Franciscum eius filium primo genitum arctis admodum affinitatis, sanguinis, et necessitudinis uinculis cum charissimo in christo filio nostro Maximiliano in imperatorem electo et maximis christiani nominis Regibus coniunctos esse, eosque a nobilissima stirpe

mēdica multis honoribꝫ, et titulis decorata, et ex qua tot Illustres proceres, ac tres
 Romæ Pontifices prodierunt, ortum habere; Propterea eundem Cosmum Ducem specia-
 libus fauoribus, et gratijs paternè, benignèqꝫ prosequi uolentes, ipsumqꝫ à quibusuis
 excommunicationis, Suspensionis, et interdicti, alijsqꝫ ecclesiasticis sententijs, censuris, et
 penis à iure, uel ab homine quauis occasione, uel causa latis, si quibus quomodolibet
 innodatus existit, ad effectū presentium dumtaxat consequendum, harum serie ab-
 soluentes, et absolutum fore censes, Motu proprio, non ad ipsius Cosmi Ducis, seu al-
 terius pro eo nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia ma-
 turaqꝫ delliberatione, et mera liberalitate nostris, ac de Supreme nræ apostolicæ potestatis
 plenitudine tam dictorꝫ prædecessorꝫ, quam etiam Alexandri III, et Innocentij pariter III,
 ac Pauli IV. similiter prædecessorum nostrorꝫ, Qui portugallie, et bulgarorꝫ, ac Blancorum
 nec non Hibernia Reges, et ut tunc Dux Bohemiæ rex in suis literis nominari possit,
 respectiue crearunt, constituerunt, et ecesserunt, aliorumqꝫ Romanorꝫ Pontificum erga di-
 uersos principes exempla sequentes, uel huiusmodi inherentes, ut potissimū ceteri Princi-
 pes hoc exemplo inuitati ad bene de Sancta hac Sede promerendum incitentur, eundem
 Cosmum Ducem eiusqꝫ Successores pro tempore existentes Duces perpetuis futuris temporibꝫ
 in magnos Duces, et principes prouintiæ Ethruriæ sibi pro maxima illius parte subiectæ, et
 in ipsa prouintia respectiue autoritate apostolica tenore pñtium creamus, constituimus,
 pronunciamꝫ, et declaramꝫ, Magnosqꝫ Ducum Ethruriæ prouintiæ, ut præfortur eius,
 subiectæ nomine titulo, et denominatione extollimꝫ, et amplificamꝫ, nec non eos dicte
 Ethruriæ prouintiæ eius subiectæ magnos Duces, et principes ab omnibus nominari,
 appellari, inscribi, dici, haberi, censi, et tractari debere uolumus, precipimus, ac mā-
 damus, atqꝫ Cosmum magnū Ducem, eiusqꝫ Successores præfatos omnibus, et singulis exem-
 ptionibꝫ, immunitatibus, libertatibus, fauoribus, præeminentijs, prerogatiuis, indulgijs, pri-
 uilegijs, alijsqꝫ quibuslibet gratijs, et honoribus, quibus alij uerè liberi, et directi domini, ac
 magni duces, et principes etiam ducali, aut alia quauis etiam maiori dignitate præfulgen-
 tes, ac quacumqꝫ libera, et absoluta potestate fungentes in genere, uel specie, in quibꝫ-
 cumqꝫ locis, pompis, sessionibus, celebritatibus, ceremonijs, et actibus publicis, uel
 priuatis, tam de iure, quam de consuetudine etiam in aula nræ uaticana, et ubiqꝫ terrarꝫ
 etiam si aliqui alij magni, et similes Duces, et Principes presentes fuerint quoquomodo
 utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, seu uti, frui, potiri, et gaudere in futurum
 quomodolibet poterunt, et soliti sunt, non quidem ad illos instar, sed pariformiter, et
 absqꝫ ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, et gaudere posse, et debere; et insuper in eui-
 dens, clarumqꝫ propensæ nræ uoluntatis erga dictum Cosmum magnū Ducem testi-
 monium, certamque dilectionis significationē eum amplioris quoqꝫ gratiæ, et fauoris, preroga-
 tiua maxime dignum censes, ut iuxta sententiā Clementis IV. prædecessoris nostri p-
 ex maiori decore ornatuū, maioritas appareat dignitatis ipsum Cosmū magnū Ducē
 et eius Successores huiusmodi regali corona, ut inferius depigni mandauimus, qua Super

eorum gentilibus insignibus ad illustrius, nobiliusque ipsorum decus, et ornamentum utri, eamque
portare, ferre, et gestare, depingere, et insculpi facere libere, et licite possint, et ualeant, mo-
tu, scientia, ac potestatis plenitudine Similibus, decoram, exornam, et insignimque decora-
tosque, exornatos fore, presentesque literas de Surreptionis, uel obreptionis uitio, aut intentio-
nis nostre, seu quocumque alio defectu ex quauis etiam quantumlibet iustissima, et urgentissima,
rationabilique causa nullo unquam tempore notari, uel impugnari posse; Sed illas, ualidas
et efficaces, perpetuo fore, et esse, suosque plenarios, totales, et omnimodos effectus sortiri posse
ac debere in omnibus, et per omnia, ac si consistorialiter, et de fratrum nostrorum consilio facte, et
in ipso consistorio nostro secreto lecte fuisse, Sicque per quoscumque iudices etiam imperiali, Re-
gia, Ducali, uel quauis alia excellentia, ac dignitate preeditos, et alios commissarios qualibet
autoritate fungentes, etiam causarum Sacri Palatii nostri Auditores, et Sancte romane Ecclesie
Cardinales, sublata, eius, et eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, sententiandi, diffiniendi
et interpretandi facultate, et autoritate iudicari, diffiniri, et interpretari debere, ac quic-
quid secus super his a quoquam quauis autoritate scienter, uel ignoranter contingerit
attentari, irritum, et inane decernimus, et declaramus. Non obstantibus quibusuis constitutio-
nibus, et ordinationibus apostolicis, ac prouinciarum, ciuitatum, et locorum, quorumlibet statu-
tis, et consuetudinibus etiam Iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia
roboratis, priuilegijs quoque, indulgijs, et litteris apostolicis illis, et quibusuis alijs personis
etiam ducibus, quibus forsitan per sedem apostolicam concessum sit, quod priuilegijs, pre-
heminentijs, fauoribus, indulgijs, et gratijs ad instar magnorum Ducum perinde ac ipsi magni
Duces realiter, et cum effectu essent, utri, et gaudere possint in genere, uel in specie sub quibus-
cumque tenoribus, et formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs, derogatorijs, et quantum-
cumque efficacissimis clausulis, et decretis quomodolibet concessis, confirmatis, et inno-
uatis, Quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica expressa, et indiui-
dua ac de uerbo ad uerbum mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita for-
ma ad hoc seruanda esset, eorum omnium tenores prout sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo
robore permansuris, hac uice dumtaxat ad effectum presentium specialiter, et expresse derogamus
totaliterque, et latissime derogatum esse uolumus, et decernimus, ceterisque contrarijs quibuscumque.
salua nihilominus in nostris dicte prouincie, ciuitatibus, et locis nostra, et Romane Ecclesie autori-
tate, iurisdictione, et potestate, nec non Imperatoris, et Regum Superioritate, iurisdictione, ac
quibusuis iuribus respectiue in locis mediate, uel immediate eius subiectis, ac citra aliquod
preiudicium Ciuitatum, terrarum, et locorum in eadem Ethruicie prouincia consistentium que
non sunt dictionis dicti Cosmi magni Ducis, nec ei quomodolibet subiecta sunt, neque aliquo
modo obediunt. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum obolutionis, cre-
ationis, constitutionis, pronuntiationis, declarationum, amplificationis uoluntatum precepti,
mandati, decorationis, exornationis insignitionis, et derogationis infringere, uel ei ausu tome-
rario contraire. Siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei
ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romae apud
Sanctum Petrum Anno incarnationis Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo
nono, sexto Calendas Septembris Pontificatus Nri Anno quarto. Ca. Glorierius.



[Handwritten scribble]

[Handwritten signature]

UVA.BHSC

INT

R
de

1112

N

UVA. PMSI